



## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romae, 1925**

I. Vita S. Aidi Prima

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72556)

A *fragmentum, novem fere digitis longum, inventum est haud procul a civitate Loughrea, comitatus Gabriensis, quod in aedibus Regiae Academiae Hibernicae Dublinii nunc asservatur. Eius formam qui doceri velit, antiquarios consulat* (1). Nos ea potius excipiamus quae in codice martyrologii Dungallensis fusioris, nunc in Regia bibliotheca Bruxellensi signato 5095-5096 (2), fol. 104<sup>a</sup>, de S. Aidi baculo aliisque rebus ad eum pertinentibus leguntur. Haec num a Iohanne Colgano scripta sint, certo definire non audeamus; sed alium fuisse scriptorem a Michaele O'Clery non est ambiguum (3). Sic autem sonat: Aodh mac Bric mic Corbmaic mic Cremthuin<sup>1</sup> mic Fiachach o bfuifitt Cinel Fiadhach i cCill Láir na Midhi do rugadh he. Atá a bhacholl miorbuiligh d'fionnhruin, i. prás go nairgedh buailte, ar fagáil ag Piotar mac Eocagáin. Atá Ráth Aodha tempull porráisdi ann fós. As e féin do fuair an bhachall. Facit p.atanea<sup>2</sup> miracula in periuros. I cCill Lair fós atá tempull Aodha. Do tairngir Patraic a gheín o Fhiachach ann tan tug 15 baile d'ferann timceall Chill Áir dhó

iar mallacht chloch Usnech dhó <co> nach D gabat<sup>3</sup> greim. Latine: Aodh filius Brici filii Cormaci filii Creamthanni filii Fiachai, e quo (Fiachao orta est) Ceneoil Fiachach (Gens Fiachai) (4), in Killaria Midiae natus est (5). Huius portentosum baculum e Finnbruin, id est ex aere argenteoque caelato, fabricatum habet Petrus Mac Eochagáin (6). Adbuc existit eo in loco Ráth Aodha parochiale templum (7). Ipse baculum invenit (Petrus). Facit p.atanea<sup>2</sup> miracula in periuros (8). Killariae etiam templum est Aodhi (9). Praedixit Patricius eum e Fiachai sanguine nasciturum, cum illi (Patricio) dati sunt vici quindecim circum Killariam, postquam lapidibus de Usneach maledixit, ut ad nullum negotium apta essent (10).

<sup>1</sup> ante correctionem Bric. — <sup>2</sup> compendium duarum trium literarum quod solvere nescimus; legerunt platanea Dungallensis martyrologii editores, l.c., sed dubitanter; melius forsitan conieceris subitanea. — <sup>3</sup> ita profecto legendum, addita voce eo; parum abest ut legi possit in codice chónach. E

St. Hugh seem to have been in the possession of Sir Richard Nagle sixty years ago, with other treasures of the Geoghegan clan... I wonder what has become of all these antiquities. Sed utrum lipsana an alias res sacras hic intellegat vir doctus, non liquet. — (1) George COFFEY, *Guide to the Celtic Antiquities of the Christian Period preserved in the National Museum, Dublin*, p. 64; H. S. CRAWFORD, *A Descriptive List of Irish Shrines and Reliquaries, Part II, in The Journal of the Royal Society of Antiquaries of Ireland*, t. LXIII (1923), p. 172, num. 22. — (2) De quo supra, p. 305. — (3) Locus iam editus est in *The Martyrology of Donegal*, p. xli; sed cuius manu scriptus esset, martyrologii editores resciscere non potuerant. — (4) Cf. annotata ad caput 1 Vitae I, et supra, num. 7. — (5) Cf. annotata eadem, et supra, p. 495, annot. 2. — (6) Quod hodierna anglicanaque forma scriberetur Mac Gaffigan, Gahagan, Gavagan, Gavigan, Gavacan, Gaffikan, Gaffikin, Gagan, cet. Pádraig DE BHULBH (Pa-

trick Woulfe), *Stoinnte Gaedheil is Gall. Irish Names and Surnames*, t. II (Baile Atha Cliath, 1922), p. 84, col. 1, i. v. Mac Eachagáin. Sed huius ipsius gentis, e qua ortus est S. Aidus, nomen olim scribi solitum Mac Geoghegan, nunc, omisso Mac, effertur Geoghegan, G. T. STOKES, in *The Journal of the Royal Society of Antiquaries of Ireland*, t. XXVI (1896), p. 326, annot. 4. De hac familia pauca diximus supra, inter annotata ad num. 7; cf. infra, annot. ad cap. 1 Vitae I. — (7) Vid. infra, inter annotata ad cap. 48 Vitae I. — (8) Miraculorum genus in Hibernia, uti perneckarium ita perfreqens. Cf. PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. cv; de consuetudine iurandi in baculum, id., t. c., p. clxxvi. — (9) Cf. supra, num. 1 et 20. — (10) De his vide *Tripartitum S. Patricii Vitam*, ap. Wh. STOKES, *The Tripartite Life*, t. I, p. 80; ap. COLGANUM, *Trias Thaumaturga*, p. 131, col. 2, cap. 17-18; cf. IOCELINI locum ap. COLGANUM, op. c., p. 88, col. 2, num. 100. Nusquam Aidi nomen legitur.

C

F

## I. VITA S. AIDI PRIMA

E codice olim Salmanticensi, nunc Bruxellensi, in Bibliotheca Regia 7672-7674. Vid. Comm. praev. num. 2.

### Incipit Vita sancti Aidi filii Bricc (1).

*Aidi genus* II, 1; III, 1. 1. Aidus sanctus episcopus, qui vocatur filius Briccii, de nepotibus Neill (2) oriundus fuit.

(1) Nomen patris S. Aidi in casu nominativo legitur Brec, Brece, Breac, Brecht, Brech, Bricchius cet.; in genetivo gadelice Bric, Bricc. Sed, uti mos est Hibernis, promiscue gadelica et latina forma usurpatur; hic Bricc, mox Briccii, ubi latinum genetivi inclinamentum assutum est gadelico genetivo. Nomen autem Brec haud scio an primitus significarit tractam, piscis genus; bestiarum enim nominibus priscos Hibernos non numquam appellatos novimus. De conceptione per piscem vid. PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. clviii. — (2) Néill genetivus est nominis Niall. Hic autem Niall, cognomine Naoghiallach (id est, a novem obsidibus, vel ἐννεαόμηρος), insulam universam regnavit, ut Hiberni historici ferunt,

annis 379-405. Nomine Úi Néill, id est Nepotum Nialli, veniebant eius posterii e paterna linea. Horum fines bifariam dividebantur: Úi Néill in Tuaiscirt seu Úi Néill in Fochla (latine Nepotes Nialli Septemtrionales), et Úi Néill in Deiscirt (Nepotes Nialli Australes), E. MACNEILL, *Phases of Irish History*, p. 184-86; HOGAN, *Onomasticon Gadelicum*, p. 677, col. 1, i. vv. Úi Néill et Úi Néill in Deiscirt. Ad australem ramum pertinebat Cenél Fiachach, seu posterii Fiacha-i filii Nialli, e quibus Aidus paternam duxit originem, HOGAN, op. c., p. 220, col. 2, i. v. Cenél Fiachach. De stemmate S. Aidi, cf. Comm. praev. num. 7. Conicit J. LANTIGAN, *An Ecclesiastical History of Ireland*, t. II, p. 188, annot. 20, natum esse Aidum

Mater

A Mater vero sancti Aidi<sup>1</sup> de genere Munnensium<sup>1</sup> (1), de genere Muscrigi Thire (2) originem duxit. Que cum esset pregnans (3) vicinaque partui, quidam propheta (4) venit secus domum eius, qui dixit commitibus<sup>1</sup> suis: « Est in domu hac mulier parturiens. Si cras nasceretur infans quem parturit, hora matutina, erit magnus coram Deo et hominibus in tota hac insula Hybernie (5). » Audiens autem puella quaedam hec omnia retulit parturienti. Que respondens ait: « Nisi per latera venerit (6), usque cras non egre-

dietur de utero meo. » Exsurgens igitur<sup>2</sup> abiit foras et sedit super petram. Fecitque Dominus hoc mirabile (7): nam caput infantis stetit super petram et fecit concavitatem quandam in ea secundum similitudinem capitis infantis; et usque hodie manet, et aqua que fit in eo concavo omnem langorem<sup>1</sup> sanat omni credenti (8).

2. Erat autem sanctus episcopus Aidus in Adulescens<sup>1</sup> obvio<sup>1</sup> habet<sup>1</sup> 11, 2; III, 1-2. domo matris sue alitus in terra Munnensium<sup>1</sup> puerulus (9). Denique adhuc iuvenis factus; gregem porcorum (10) in silvis querens, sanctum

VITA I

VITA II

VITA III

VITA IV

VITA V

VITA VI

VITA VII

VITA VIII

VITA IX

VITA X

VITA XI

VITA XII

VITA XIII

VITA XIV

VITA XV

VITA XVI

VITA XVII

VITA XVIII

VITA XIX

VITA XX

VITA XXI

VITA XXII

VITA XXIII

VITA XXIV

VITA XXV

VITA XXVI

VITA XXVII

VITA XXVIII

VITA XXIX

VITA XXX

1. —<sup>1</sup> sic cod. —<sup>2</sup> in marg. corr.2. —<sup>1</sup> sic cod.

in finibus paternae gentis et educatum fuisse a consanguineis matris suae; quod et iis quae mox narrabuntur, et Hibernorum moribus, de quibus egimus supra, p. 153-54, aptissime respondet. Killariae natum esse Aidum tradit documentum non spernendae, ut videtur, auctoritatis et iis fere in locis collectum, quod typis mandavimus supra, Comm. praev. num. 22, e codice Bruxellensi 5095-5096. Sed haud debilibus argumentis contendit v. cl. G. T. STOKES, in *The Journal of the Royal Society of Antiquaries of Ireland*, t. XXVI, p. 327, annot. 5, natum esse Aidum in loco dicto Rathugh (de quo infra, inter annotata ad cap. 48 huius Vitae I). Ipsum enim vicum Rathugh et quae circumiacent praedia ad annum 1641 vel 1650 obtinuit gens Mac Geoghegan, e qua ortus est S. Aidus, *ibid.*, p. 326, annot. 4, et p. 335, annot. 1. Obiecit quispiam, quod in cap. 48 legitur, locum illum impetrasse Aidum a laico domino; aliter se res habuisset, si in suam haereditatem intrasset. Verum, in eadem hac Vita, cap. 3, traditur S. Aidus a paternis bonis fuisse prohibitus, et in Vita III, cap. 42, castelli dominus legitur fuisse Aidi propinquus.

— (1) Ita fere semper scribit librarius Momonensium seu Mumonensium nomen, qui Momoniam seu Mumoniam, Hiberniae provinciam, incolebant. Ceterum e regio Mumonensium sanguine ortam matrem S. Aidi facile crediderim; hoc enim loco addit Vita III illam etiam fuisse « satis nobilem », et mox narrabitur prodigium a S. Aido patratum in Mumonensium reginae gratiam, cap. 18. — (2) Tractus gadelice appellatus Muscraige Tire, complexus esse videtur totas fere baronias, quae nunc sunt, Lower Ormond et Upper Ormond, in comitatu Tipperary, HOGAN, op. c., p. 554, col. 1, v. Muscraige Tire.

C. — (3) Spurcam hanc narratiunculam a profanis litteris mutuatum esse hagiographum primum advertit Henricus ZIMMER, in *Göttingische gelehrte Anzeigen*, 1891, p. 168-70, qui parallelum locum ibidem edidit ex antiquo tractatu epico *De rebus gestis et temporibus Ailioli Ólom*, seu, ut alii eundem appellare maluerunt, *Cath Mucraimhe*, id est *De praelio Mucraimhensi*. Addidit v. cl. H. d'ARBOIS DE JUBAINVILLE, in *Revue Celtique*, t. XII (1891), p. 395-96, alteram eiusdem recensionem e tractatu item epico *Compert Conchobuir*, id est *De conceptione Conchoburi*, ed. Kuno MEYER, in *Revue Celtique*, t. VI (1883), p. 175-76. Tertiam tandem subiecit Carolus PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. cxi, annot. 2, quae altera est prioris narratiunculae recensio, e tractatu *Cóir Anmann*, id est *De verborum nominum in heroicis narrationibus occurrence*, ed. Wh. STOKES in Wh. STOKES und E. WINDISCH, *Irische Texte*, t. III, p. 402, num. 273. Denique eandem narrationem e *Cath Mucraimhe* suo stilo satis fuse exponit Seathrún CÉITINN (Geoffrey KEATING), *Foras Feasa ar Éirinn*, t. II, ed. P. S. DINNEEN, pp. 272, 274. Et in hagiographicis scriptis similia leguntur, ut in Vita latina S. Lasriani seu Molaisse abbatis de Daimh Inis, *BHL*. 4725, ap. PLUMMER, op. c., t. II, p. 131-32; in Vita eiusdem gadelica apud S. H. O'GRADY, *Silva Gadelica*, t. I, p. 18-19; in Vita latina S. Declani, *BHL*. 2116, ap. PLUMMER, t. c., p. 36; in Vita eiusdem gadelica, ed. P. POWER, *Life of St. Declan of*

Novembris Tomus IV.

*Ardmore and Life of St. Mochuda of Lismore* (London, 1914), p. 8 (= *Irish Texts Society*, t. XVI). Ineptarum illarum fabularum natalium inter se comparandarum non est hic locus; cum praesertim de hoc argumento egerit praeclare v. d. Carolus PLUMMER, op. c., t. I, p. lxxvii, annot. 6; pp. cxxxii, cxxxix-cxl, clvii-clviii; *ibid.*, *Bethada Náem n'Érenn*, t. II, p. 324, annot. in § 5; p. 326, annot. in § 16. Cf. W. G. WOODMARTIN, *Traces of the Elder Faiths of Ireland*, t. II, p. 120-21; et de petra Ardmorensi, pp. 233-34, 243-44. — (4) Huic prophetae, seu ut Vita II interpretari maluit, astrorum perito, partes druidae devolutae sunt, cuius persona et in Vita S. Lasriani et in perisque profanis narrationibus quas annot. 5 adduximus, hoc loco inducitur. Haud scio an hagiographus in mente habuerit illum, dicamne sanctum an druidam, Ecce mac Dé, de quo infra, p. 512, annot. 4; etenim in cap. 27, infra, scribere videtur se iamam mentionem fecisse S. Bece mac Dé. — (5) Adverte quam inepte sit inductus nescio quis christianae religionis et pietatis color ac species in mirando hoc vaticinio. Quod autem aliae aliter Vitae S. Aidi haec prophetae verba referunt, nihili est faciendum.

— (6) Ita dure profanae narratiunculae ipsissima verba latina fecit et Vita III. Minus horrida Vitae II phrasis, quae offensionis vitandae gratia scribere maluit: « Nisi anima mea de corpore exierit. » Pie autem religioseque videlicet totum factum Deo tribuunt Vitae S. Lasriani. — (7) De Domino silet Vita II; quod si ceterae fecissent, minus nobis displicuissent. — (8) Prudentem illum fidei mentionem, quae in Vita II desideratur, inserit et Vita III. Haec Colganus annotat, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 422, col. 2, annot. 5: « Hodie visitur et cum magna populi devotione frequentatur ille lapis cum tali concavitate in caemeterio Ecclesiae de Kill-air in Media. » Cf. quae de natali petra S. Declani tradit v. d. P. POWER, op. c., p. 161, annot. 34; similia de lapide natali S. Columbae ap. Wm. REEVES, *The Life of St. Columba by Adamnan*, p. lxxviii, annot. f. Sed in hoc deceptus esse Colganus videtur quod Killariae in coemeterio lapidem esse scribit, nisi tamen eundem lapidem et Killariae et in Rathugh visum esse credimus. Certum est enim in vicinia fontis S. Aido sacri in parochia Rathugh adhuc iacere lapidem illum, cuius descriptionem effigiemque require a G. T. STOKES, in *The Journal of the Royal Society of Antiquaries of Ireland*, t. c., p. 331-33; cf. Iohannis O'Donovan adhuc ineditas litteras de comitatu Westmeath. In ea parochia scribit Stokesius, *ibid.*, p. 332, sua etiam aetate persuasum vulgo fuisse, si quis in lapidis concavitate altera caput insereret, in altera minore cubitum, cephalalgia curatum iri. Sepulcralem S. Aidi lapidem vocant homines rustici, sed nullum est dubium quin re ipsa natalis sit lapis. Ideo forsitan alterum cum altero loco commiscuit Colganus, quod Rathugh est in baronia Moy-cashel, Killare in baronia Moy-ashel olim dicta, nunc Rathconrath, eiusdem comitatus Westmeath. — (9) Hic inserit Vita III locum de sanctimonia adulescentis, quem tamen profanum hominem esse profanamque vitam agere parentes eius volebant. — (10) Porcos illos ubique silentio praetermittit Vita III.

VITA I  
Brendanum  
Birrensem  
et  
Cainne-  
chum

Brandanum Birra (1) invenit in aliquo secreto loco scribentem <sup>2</sup> euuangelium, et Kennechus (2) sanctum Aidum nuper venientem <sup>3</sup>... Loquentes autem et salutantes sancti invicem, viderunt puerum proximantem. Quem ut vidit Brandanus, surrexit obviam ei et cum gaudio magno suscepit eum. Kennechus autem accusabat <sup>4</sup> sanctum Dei in adventu pueri resurgere. Cui Brandanus ait: « Nonne vides quod video? » Kennechus respondit: « Non. » Brandanus dixit: « Quare non surgerem? Ecce angeli Dei veniunt ad nos. Exercitus <sup>4</sup> enim angelorum committatur <sup>4</sup> eum (3). » Puer autem dixit illis: « Gregem porcorum num vidistis in hiis locis? » Dixit ei Brandanus: « Vade illuc et ibi invenies gregem quem queris. » Et ita invenit.

Eius  
educatio.  
II, 3: III, 3.

B

Hereditatem  
paternam  
obtinere  
nititur;

sed,  
suadente  
S. Illundo,  
divitiis  
renuntians

3. Hic autem puer Aidus nullo magistro doctus erat, nec litteris eruditus est, nec regulis ecclesiasticis formatus est usque ad <sup>1</sup> tempus adolescentie sue; sed inter plebiles (4) homines rustico more viventes nutritus est apud matrem suam (5). Cum autem factus esset adolescens, perrexit ad patriam suam (6), ut ibi hereditatem teneret. Quem fratres sui nullo modo <sup>2</sup> receperunt, nec ei hereditatem dederunt (7). Quod ipse videns, puellam quandam (8) ex eis secum rapuit, ut per hanc iniuriam fratres afflicti hereditatem sibi darent. Reversus autem Aidus cum puella rapta ceterisque committibus, venit secus cellam sancti episcopi Illundi (9). Cumque Illundus vidisset <sup>3</sup> eum <sup>4</sup> modico intervallo et angelos Dei cum eo, ait ministro suo: « Vade, et dic adolescenti qui est in itinere ut ad me paulisper declinet. » Et ipse audiens humiliter ad episcopum Illundum venit. Qui dixit ei: « Quid queris, filii, hereditatem paternam? Ecce habes patrem cui est celum et terra, qui dabit tibi hereditatem multo maiorem et meliorem in celo et in terra. Et noli per iniuriam querere mortalium terram, et hanc puellam dimitte ad do-

mum suam. » Respondens autem Aidus dixit: *eidem sancto episcopo adhaeret,*  
« Quodcumque dixeris michi, ego sum paratus facere. » Puella itaque retro dimissa est. Aidus (10) mansit cum sancto Illundo in loco suo, omnibus iussionibus ipsius obediens.

4. Alio autem die <sup>1</sup> ait adolescenti: « Fili mi (11), nuncquid potes arator fieri et manum ponere super aratrum? » Qui respondens ait: « Pater, possum omni imperio tuo obedire. » Ad arandum itaque perrexit et alius puer secum, et manum posuit super aratrum. *et ex oboedientia arandi opus suscipit.*  
II, 4; III, 4.

5. Quadam autem die venit quidam ad eum de habitantibus in loco propinquo, petens ab eo bovem, quem in aratro suo defuisse nunciabat. Tunc Aidus fratri indigenti misertus dixit puero precedenti aratrum: « Resiste paulisper. » Solvensque Aidus unum de aratro bovem dedit illum roganti. Ipse vero Aidus in tribus bobus arabat; bos ex una parte <sup>1</sup> iugum portabat, et potestas Dei ex altera parte mirabiliter sustinebat (12). *Bovis defectus miraculo suppletur;*  
II, 4; III, 4.

6. Quadam autem die <sup>1</sup> simili modo quidam de arantibus in locis proximis cucurrit ad Aidum, dolens quod in aratro suo illud ferrum quo terra scinditur non habebat, scilicet cultrum. Ipse autem Aidus (13) ferrum dedit indigenti; et statim sine culthro arabat et divina potentia sine ferro ipse terram scindebat. *itemque vomeris.*  
II, 4; III, 4.

7. Sanctus autem episcopus Illundus <sup>1</sup> in spiritu videns hec miracula in adolescente <sup>2</sup> vocavit eum ad se et dixit ei: « O filii, quid hec tanta miracula fecisti immaturo <sup>3</sup> adhuc tempore? Nunc <sup>4</sup> enim ascendis ad culmen virtutum, quando necdum cepisti opus perfectum et initium religionis. Vade autem in pace ad matrem tuam terram (14), ibique cellam construe tibi. Non enim de cetero convenit ut sub manu hominis sed Dei vivas. » Deinde abiit Aidus (15) et fundavit sibi cellam que dicitur Enach Midbren <sup>5</sup> (16), ibique mansit et multa miracula illic fecit <sup>1</sup>. *Auctore S. Illundo ab eo secedit.*  
II, 4; III, 4.  
*Cf. Ruth*  
1, 8.  
*sibique monasterium condidit.*

<sup>2</sup> scribens man. prima; scribentem corr. man. rec. — <sup>3</sup> locus corruptus. — <sup>4</sup> sic cod.  
<sup>3</sup>. — <sup>1</sup> una littera in ras. — <sup>2</sup> in marg. corr. — <sup>3</sup> ante corr. uenisset. — <sup>4</sup> cum cod.  
C — <sup>4</sup>. — <sup>1</sup> in marg. signa quae legentium animos jactant intentos.

5. — <sup>1</sup> ante litt. t locus unius litterae in ras.  
6. — <sup>1</sup> in marg. inf. Nota de eius misericordia.  
7. — <sup>1</sup> in marg. signa ut initio cap. 4. — <sup>2</sup> prius adolecenti. — <sup>3</sup> prius in maturo. — F  
<sup>4</sup> una littera erasa. — <sup>5</sup> sup. litteram d punctum manu corr., ut legendum sit Midhbren.

(1) De huius aetate, Comm. prae. num. 11. Vid. A. P. F[ORBES], ap. W. SMITH and H. WACE, *Dictionary of Christian Biography*, t. I, p. 334-35. — (2) De huius aetate, Comm. prae. ibid. Vid. de hoc Kilkenniensis tractus tutelari sancto PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. XLIII-XLV; O'HANLON, *Lives of the Irish Saints*, t. X, p. 134-69. — (3) Adiecit Vita III vaticinium de S. Aido episcopo futuro. — (4) Id est laicos, saeculares, mundanos, profanos. — (5) Alterum locum de adolescentis sanctimonia assuit Vita III. — (6) Intellege e Mumonia in Midiam, in regionem Ui Fiachach, quo paterna stirpe pertinebat Aidus. Vid. Comm. prae. num. 7. « Regionem Midhi » conceptis verbis memorat Vita III. — (7) Cf. Vitam III, ubi eadem fuisus narratur. — (8) Haec filia fuisse « cuiusdam hominis potentis » in Vita III legitur. Advertit huius modi manus iniectiones (athgabháil) hibernico iure illius aetatis sanctitas esse, ut is qui iniuria retinebat vi cogere ab eo cui deberet rem redere. Nusquam tamen alibi videtur haec lex in homines cecidisse. Accedit quod e parallelo loco Vitae III patet, nonnullis e cognatis S. Aidi displicuisse iniuriam illi a fratribus illatam. — (9) Cf. supra, p. 314 A, i. v. Illundus, et locos ibidem allatos. Cella autem S. Illandi videtur fuisse in loco dicto Ráith Liphthen seu

Ráith Libhthen, de quo ibidem breviter egimus, in annot. 3; cf. de vico illo et monasterio S. Illandi, G. T. STOKES, in *The Journal of the Royal Society of Antiquaries of Ireland*, t. XXVI (1896), p. 328-29, annot. 3; hic apud Colganum se legisse testatur, saeculo XVII ineunte in eo monasterio fuisse statuum S. Illandi mitrati. His auctoribus adde Mervyn ARCHDALL in *Monastico Hibernico*, et Antonium COGAN, *The Diocese of Meath, Ancient and Modern*, t. II (Dublin, 1867), p. 514, annot. Hic opinatur Ráith Liphthen ibi fuisse ubi sacellum postea fuit Rathline dictum. Hoc idem est ac illud Rathlihen, de quo supra, p. 314, annot. 3. Consanguineos fuisse Aidum et Illandum notat G. T. STOKES, op. c., p. 328-29. — (10) Pauca hic subicit Vita III de bonis ab Aido abdicatis, et ad capituli caelem de litterarum scripturarumque studiis. — (11) Addit Vita III: « quia fratres sunt occupati in aliis rebus ». Sed has ut alias eiusdem modi varietates vix operae pretium est recensere, quas ad libidinem scriptor illius recensionis effinxit. — (12) Huc inferet more suo scripturae locum Vita III. — (13) Item scripturae locus in Vita II. — (14) Quippe paterna hereditate pulsus erat Aidus, vel, si malueris, paternis bonis se abdicaverat. — (15) S. Aido socii adiunguntur in sola Vita III. — (16) Enachmicbriuin quod in Salmanticensi codice se legisse

*Pacem a rege pro sua gente petiturus,*  
II, 5; III, 5.

*iter conficit curru una rota suffulto.*

Psalm. 8, 6.

*Rex ob pacem negatam punitur;*

Psalm. 105, 17.

*sed facti paenitens,*  
II, 5; III, 5.

8. Alio autem tempore rex Munnensium (1) congregavit omnem exercitum suum in unum. Ipse enim rex voluit ut Nepotes Neill (2) sub sua potestate redigeret. Hoc autem audiens rex Nepotum Neill perterritus erat; qui et ipse congregans<sup>1</sup> exercitum, misit<sup>2</sup> nuncios ad Aidum episcopum ut illius anni pacem rogaret inter paternam et maternam suam gentem<sup>3</sup>. Tunc Aidus perrexit ad regem Munnensium, ut pacem ab eo rogaret. Factum est autem<sup>4</sup>, dum sanctus iter<sup>5</sup> ageret, una rota currus confracta est, sed currus<sup>6</sup> mirabiliter altera sola rota suffultus sine impedimento currebat (3). Cumque vidissent currum cum una rota ad se venientem, valde mirabantur, et cum magna gloria et honore sanctum Dei receperunt. Sed tamen pacem pro qua rogavit nullo modo potuit a rege impetrare, ipso recusante et dicente: «Tanta congregatio quam congregavi non erit michi in vacuum.» Reversus autem Dei sanctus a rege ingratus (4), unus de amicis, qui erat ei carior cunctis, mortuus est; et aperta est terra, et deglutivit duos equos optimos currus regis.

9. Tunc rex, magno timore perterritus, misit legatos post virum Dei, ut ad se rediret, promittens humiliter facere quodcumque sibi iussisset<sup>1</sup>. Cumque sanctus Aidus redisset ad regem, exiit

rex in oviam<sup>2</sup> ipsius, et prostravit se ante equorum pedes; et currus cum equis exiit trans regem (5). Iterumque rex surgens prostravit se ante pedes equorum, et exiit currus trans ipsum tribus vicibus hoc facientem. Dixitque sanctus ad regem: «Quia tribus vicibus humiliter te prostrasti<sup>3</sup> (6), tres reges erunt de genere tuo; et quot vices hoc fecisses, tot reges essent de genere tuo.» Cui ait rex: «Ecce habes pacem huius anni quam postulasti.» Respondit ei sanctus dicens: «Rogavi Dominum, et dedit michi non unius anni pacem, sed usque ad diem iudicii; et potestas vestra super gentem meam non erit.» Tunc rex ait: «Rogo te<sup>4</sup>, abba sancte, ut virum michi carissimum, quem in mortem misisti, iterum a morte revoces.» Orans autem Aidus et signans eum signo crucis, statim surrexit, et veniam postulavit et regis duritiam valde increpavit. Et rex iterum ait: «Rogo te, sancte Dei, ut duos equos meos a terra producas.» Cui dixit sanctus: «Unus ex eis a terra revertetur et alter in terra manebit, et stagnum aque erit super ipsum in testimonium virtutis (7) reservandum.» Et sic factum est sicut dixit sanctus, et est ibi usque in hodiernum diem, quod vocatur Stagnum Gabre (8).

10. Quadam autem die<sup>1</sup> (9), cum familia prostrasti te. —<sup>4</sup> in marg. De mortu (sic) r < susci > tato.

10. —<sup>1</sup> in marg. De pluui (cetera excisa sunt).

VITA I

*generis sui decus futurum audit.*

*Regis amicum equumque unum sanctus resuscitat,*

*equo altero undis immisso.*

*Messoribus Aidi*

8. —<sup>1</sup> ante corr. ggregans. —<sup>2</sup> bis cod. sed semel del. —<sup>3</sup> in marg. corr. —<sup>4</sup> sup. lin. corr. —<sup>5</sup> ante corr. uirrus.

9. —<sup>1</sup> uississet cod. —<sup>2</sup> sic cod. —<sup>3</sup> ante corr.

testatur COLGANUS, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 422, col. 2, annot. 10, quodque ceteris formis praefert, nos ita scriptum nusquam reperimus. Tres sunt in tractu olim dicto Muscraighe Tire, de quo supra, p. 505, annot. 1, loci nunc Annagh appellati, primus in parochia Dorrha, alter in parochia Kilbarron, tertius in parochia Lorrha, omnes in baronia Lower Ormond. Adde Annaghanerrig in parochia Dorrha, et Annaghbeg in parochia Dromineer, eiusdem baroniae. Sed haud scio an recte viderit J. LANIGAN, *An Ecclesiastical History of Ireland*, t. II, p. 188-89, annot. 22, (qui de hoc loco fuse disputat) esse potuisse Nenagh civitatem in eadem baronia. Ceterum haud facile negotium inquirentibus nobis obtigisse fatebitur qui meminerit plus trecenta sexaginta loca hoc nomine in Hibernia appellari, HOGAN, op. c., p. 396, col. 2, i. v. Enach. Enach autem Aedha, vel Enach Eada, eadem esse atque hoc Eanach Midhbrein, originemque duxisse ab Aidi nostri nomine, non audacior est coniectura, HOGAN, op. c., p. 397, col. 1, i. v. Enach Aedha, et ibid., col. 2, i. v. Enach Eada. Reliquum est ut memoremus sententiam Mervyni ARCHDALL in *Monastico Hibernico*, ed. MORAN, t. I (Dublin, 1873), p. 146. Is scribit monasterium Enachmidbrenin postea vocatum esse Kilbrenin (hoc loco Usserium antestatur, sed in *Britannicarum Ecclesiarum Antiquitatibus* equidem nihil huius modi repperi), nunc Strawhall (in parochia Clondulane, baroniae Condons and Clangibbon, comitatus Corciensis, East Riding, *Census of Ireland, 1901. General Topographical Index*, p. 855; locum esse in baronia Muskerry scribit ARCHDALL, l. c.). Ibi monasterii parietinas ad suam usque actatem videri scribit ARCHDALL, l. c., fultus testimonio Caroli SMITH, *The Ancient and Present State of the County and City of Cork*, t. I, p. 206, sed ultra editione Archdall usus sit, resciscere non potuimus; Smithii enim opus primum Dublinii prodit an. 1750, post Londinii an. 1774. — (1) In huius ditione tunc erat Aidus. De regis nomine haec est coniectura COLGANI, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 422, col. 2, annot. 13: «Videtur hic Rex Momoniae esse Amalgadius

filius Ennii filii Alildi, qui fuit frater celebris illius Aengussii Regis Momoniae, cui S. Patricius, dum eum baptizaret, pedem cuspidis baculi transfixit. Floruit enim hic Amalgadius circa annum 523, uti et S. Aedus, et de semine eius tres Momonie Reges prodierunt.» Sed vid. quae advertimus in Comm. praev. num. 11. — (2) Nempe Australes illos e quibus originem dicebat Aidus, ut e sequentibus patet. Vid. supra, p. 504-05, annot. 1. — (3) Simile prodigium leges infra, cap. 49. — (4) «Id est absque gratia, sive non obtenta gratia.» COLGANUS, op. c., p. 422, col. 2, annot. 12. — (5) Similia e profanis litteris excerptis et cum S. Aidi facinore contulit v. d. Carolus PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. CLXXXVIII, annot. — (6) Unam tantum prostrationem refert Vita III, quae et regem equorum unguis obtritus silentio praeteriit. Ideo et vaticinium non nihil mutatum est, ut iis quae supra dicta essent responderet. Et reliqua breviori stilo persecutus est scriptor. — (7) Id est, ut videtur, in portenti monumentum. Altera Vita: «in testimonium virtutis Dei.» — (8) Id est latine Stagnum Equi. Nunc Lough Coura, in parochia et baronia Eglis, King's County, HOGAN, op. c., p. 499, col. 1, i. v. Loch Gabre. Vel, ut opinatur v. cl. C. PLUMMER, op. c., t. II, p. 333, i. v. Loch Gabre, lacus hodie exsiccatu cuius vocabulum superest in nomine loci Lagore, in parochia et baronia Ratoath, comitatus Meath. Cf. HOGAN, ibid., i. v. Loch Gabair, et infra, p. 512, annot. 1. Colgani annotata referre libet, op. c., p. 422, col. 2, annot. 14: «Hic author duplici argumento indicat se perantiquum; tum quia ostendit se floruisse dum Hiberni suam linguam vulgo vocarent Scoticam et se Scotos; tum quia solum prisco sermone Hibernico, uti et Britannico, equus dicebatur «Gabhar», moderno vero «Each». E<st> Lochgabhra, seu ut alii Lochgabhair, idem quod lacus equi. Jacet autem hic lacus in regione Bregensi in finibus Midiae iuxta nostros hystoricos.» — (9) Hic insertus est in Vita III locus quem in ceteris recensionibus desiderari advertimus, Comm. praev. num. 5. Idem, quod hic narratur, prodigium, ut alios omittamus sancti

VITA I  
pluvia  
parcit.  
II, 6; III, 6.

Ad  
amicum  
mortuum  
II, 7; III, 7.

per aërem  
transfer-  
tur;

Cf. Ps. 90,  
12.

eum  
resuscitat,

petentique  
ut rursus  
moriatur  
impetrat.

Aqua  
in vinum  
conversa.  
II, 8; III, 8.

sancti Aidi laborarent in messe, magna pluvia descendit de celo. Quod cum vidisset Aidus, signavit aërem; et per totam diem pluvia circa segitem undique per circuitum descendeat, in segite vero etiam una gutta non cecidit, et videbantur huc <illucque> sparse devitare segitem, quasi aliquid timoris haberent.

11. Fuit quidam homo dives<sup>1</sup> in terra illa Munnensium, qui sancto Dei amicus et carus erat valde. Qui multas oblationes et terram multam obtulit ei. Cui sanctus Aidus promisit quod ipse sacrificium (1) sibi daret in exitu anime de corpore. Quodam autem tempore, cum sanctus Aidus esset in regione longinqua<sup>2</sup>, dives ille mortuus est. Quod sanctus in spiritu a longe videns, cepit velociter venire ad eum. Cumque in itinere pergeret in curru, venit ad quasdam silvas regionis illius, nec erat via plana curru (2). Tunc Aidus dixit aurige: «Inclina caput tuum in sinum meum, ne aliquid videas.» Et hoc faciens, confestim currus cum suis equis a terra elevatus est, et manibus angelorum longo spacio terrarum per aërem portatus est, quo dum poneretur in alia regione, ubi ipse volebat. Descendens autem de curru, misit ministrum suum ad domum mortui, dicens ei: «Vade, et dic viro mortuo: si ego vadam illuc ad eum, an ipse veniat huc ad me?» Abiit ergo puer ad domum mortui et dixit ei: «Misit me ad te Aidus episcopus: si ipse huc veniat ad<sup>3</sup>, te an tu exies ad eum illuc?» Statimque mortuus resurgens et se signans, respondit ei dicens: «Non ille veniat magno itinere fatigatus pro me, sed ego vadam ad eum.» Et hec dicens exiit ad locum ubi sanctus stabat. Et salutantes invicem, dixit ei sanctus: «Quid vis? Utrum in hac vita presentibus manebis, an ad locum unde existi iterum revertaris (3)?» Ille respondit: «Rogo te ut permittas me ire ad celestem mansionem, quam tu dedisti michi.» Tunc accipiens sacrificium (4) de manu episcopi, dormivit in pace.

12. Quadam die<sup>1</sup> episcopus Aidus pervenit ad quasdam virgines sanctas in illa regione materna (5). Et ille virgines cum magno gaudio suscipientes eum in hospiciam, cenam dederunt

11. —<sup>1</sup> in marg. signa eadem quae initio capitulum 4 et 6; in marg. inf. Quomodo currus eius in aëre est levatus et quomodo mortuus est resuscitus (sic). —<sup>2</sup> longinqua cod. —<sup>3</sup> prius an.

12. —<sup>1</sup> in marg. <De conv>ersione aque in vinum.

patrasse traduntur et S. Ailbeus, *BHL*. 197, ap. DE SMEDT et DE BACKER, *Acta Sanctorum Hiberniae ex codice Salmanticensi*, col. 241; et S. Columbanus, *BHL*. 1898, ed. B. KRUSCH, *M.G.*, Scr. rer. merov., t. IV, p. 78, num. 13. — (1) Id est Corpus Domini; cf. infra, annot. 4, et p. 516, cap. 48 cum annot. 7. — (2) Prodigium illud de curru volante omisit Vita III. — (3) Cf. infra, cap. 48, ad calcem. — (4) Cf. supra, annot. 1. — (5) Intellege in Muscraighe Tire; cf. supra, p. 505, annot. 2. — (6) Optimus ille liquor, de quo supra hagiographus, hydromeli fuisse videtur. Hic potus cerevisia erat exquisitior, vino tamen communior, quod in Hibernia advectitium erat; vid. infra, cap. 43. — (7) Quae ceterae recensiones proloquuntur de arce effossa omisit Vita III et abrupte incipit: «Homo quidam habens multa animalia ante se in via». Et pauca immutavit in his quae sequuntur ut initio isti cetera apte responderent. — (8) «Hoc est, Arx Balbutiantis vel Muti», recte interpretatur Vita II. Arcem

ei; sed tamen ille dolebant quod optimi liquoris aliquid non haberent. Hoc autem sciens Aidus, miseris eis dixit: «Afferte michi aquam de fonte.» Que delata ei et benedicta ab eo, mutata est in vinum optimum (6), et fuit magna refectio omnibus astantibus et gratias Deo agentibus. Hanc autem virtutem vini de aqua tribus vicibus Aidus episcopus fecit.

13. Alio autem die venit ad sanctum Aidum quidam (7) cui ars erat fodere terram et muros civitatibus circumdare. Qui ait sancto: «Abba, nunquid nosti michi hominem cui necesse est ut civitas illius muris circumdetur?» Cui Aidus dixit: «Vade illuc ad quandam michi amicum, et fac cum ipso opus tuum, et ab illo mercedem recipies.» Abiit ergo ipse ad hominem illum, et cum ipso fodit terram, et fecit triplicem murum circa arcem<sup>1</sup> eius, quo vocatur Raith Bailb (8). Quo labore peracto, merces reddita est ei, plenitudo scilicet huius arcis<sup>2</sup>, de peccoribus quantum capere posset; hec autem erat merces congrua huius operis (9). Et hec peccora dives ille undique congregavit ab amicis suis, ut castelle impleret de peccoribus; divesque deduxit illum cum suis peccoribus in viam quam voluit usque ad aliam plebem (10). Cumque dives ad suam domum rediret, ille homo cum suis armentis solus in via relictus est<sup>3</sup>. Tunc omnia peccora illius huc illucque per campos et silvas fugerunt ab eo, unumquodque animal in suam partem pergens; et nusquam comparuerunt ei, nec remansit etiam unum ex eis. Cum autem ille miser valde fleret et lugeret, vidit currum ad se venientem, in quo erat Aidus episcopus. Cui ille flebili voce dixit: «Ecce mercedem magni laboris una hora perdidit; nam omnia animalia reversa sunt, unumquodque ad locum a quo deductum est.» Tunc Aidus miseris illi descendit de curru et oravit Dominum, et statim omnia illa peccora per Dei virtutem reversa sunt et<sup>4</sup> congregata in unum locum, nemine cogente, et nec unum quidem defuit ex eis, nec ab illo homine iterum fugerunt.

14. Alio autem die<sup>1</sup> cum sanctus Aidus iter ageret per silvam Elo (11), invenit ibi duos

13. —<sup>1</sup> prius arcem. —<sup>2</sup> prius arcis. —<sup>3</sup> bis cod. sed semel del. —<sup>4</sup> sup. lin. corr.

14. —<sup>1</sup> in marg. inf. De duobus equis quos ipse dedit leprosis et de aliis (prius alii) duobus a Deo sibi collatis.

illam vel in Muscraighe Tire vel haud procul a Lynally, in baronia Ballycowan, King's County, fuisse opinatur HOGAN, op. c., p. 567, col. 1, i. v. Ráith Bailb; sed haec ille ex Aidi Vitis coniec-tasse videtur, auctore nemine. Arces in Hibernia tribus muris seu vallis nonnumquam circumdabantur; vid. W. G. WOOD-MARTIN, *Traces of the Elder Faiths of Ireland*, t. I, p. 318-320. — (9) Hoc cum aliarum gentium moribus conferre non est nostrum, sed eorum qui huius modi antiquitatis ves tigia dedita opera colligunt. — (10) Id est, donec fines transgressus est regionis ad quam ille dives pertinebat. — (11) Gadélice Fídh Elo, nunc anglíce Forest of Fercall; huius vestigia quaedam servant tum nemora, tum locorum nomina (Big Wood, Black Wood) prope Lynally, de quo supra, annot. 8. Multo ieiunius est hoc capitulum in Vita III. De Lynally et vicinis locis lege G. T. STOKES, in *The Journal of the Royal Society of Antiquaries of Ireland*, t. XXVI (1896), p. 320-21.

leprosos

Munitori  
II, 9; III, 9.

armentum  
pro  
mercede  
acceptum  
educenti;

Aidus  
adest.

Pro equis

quos  
leprosis  
dederat,  
II, 10; III, 10.

alii  
submissi.

Moniali  
incont-  
nenti miro  
prodigio  
adest.  
II, 11; III, 11.

B

leprosos valde miseros, qui duos equos postu-  
labant ab eo, quia vix pedibus incedere valebant.  
Tunc sanctus Aidus dedit eis duos equos currus  
sui. Ipse vero paulisper sedebat, dicens commiti-  
bus suis: « Expectemus<sup>2</sup> interim duos viros  
lassos venientes post nos. » Et post paulisper  
venerunt ad eos duo viri, dicentes: « Nunquid  
nostis ubi est Aidus episcopus? Nos autem de  
longe venimus hos equos offerre ei. » Quibus  
unus ex eis dixit: « Hic est qui hic sedet. » Et  
obtulerunt ei duos equos adhuc indomitos; et  
statim mites et domiti facti sunt sub curru sancti  
episcopi.

15. Quadam autem die<sup>1</sup> [cum] Aidus iter agens  
venit ad aliarum sanctarum virginum locum, qui  
dicitur Druimm<sup>2</sup> Ard (1), et cum magno gaudi-  
o in hospicio receptus est. Intuens autem  
sanctus Aidus virginem que sibi ministrabat,  
vidit quod uterus illius partum gestans intumesce-  
bat. Et cito surrexit ille sine cibo, ut ab isto loco  
fugeret<sup>3</sup>. Tunc illa coram omnibus confessa est  
quod occulte peccasset et penitentiam egit. Sanc-  
tus autem Aidus benedixit uterum eius; et  
statim infans in utero eius evanuit quasi non  
esset (2).

<sup>2</sup> prius expectemus.

15. —<sup>1</sup> in marg. inf. Quo <modo> partus in  
utero ad eius preces evanuit. —<sup>2</sup> prius aruimm.  
—<sup>3</sup> fuet cod.; ger suppl. in marg. corr.

C

(1) Plurima sunt huius nominis loca in Hibernia.  
Opinatur v. cl. C. PLUMMER, op. c., t. II, p. 325, i. v.  
Druim Ard, hic significari Drumard in parochia  
Inver, baroniae Banagh, comitatus Dungallensis,  
non procul a Slieve League. Hogan autem, post-  
quam rem nimis intricatam silentio praeter-  
vectus esse videtur, *Onomasticon Goedelicum*,  
p. 357, col. 2, i. v. Druim Ard, mox ad proposi-  
tum redit, ibid., i. v. Druim nArd, et censet  
hanc esse parochiam Dromard, in baronia Tir-  
eragh, comitatus Sligo. COLGANUS vero, *Acta  
Sanctorum Hiberniae*, p. 422, col. 2, annot. 15:  
« Nescio ubi hoc sit monasterium, nisi sit  
illud quod est in regione Lageniae, Ibh Garechon  
dicta, et hodie vocatur Kill-aird. » Cf. HOGAN,  
op. c., p. 175, i. v. Cell Aird. LANGAN tan-  
dem, *An Ecclesiastical History of Ireland*, t. II,  
p. 189, annot. 25, maluit Dromard in parochia  
Killavinoge, baroniae Ikerrin, comitatus Tip-  
perary. Nos in hac lite praetorio munere fungi  
nolumus, ne actionem denegare oporteat. Adeat  
qui rem liquere putet *Census of Ireland, 1901.  
General Topographical Index*, p. 395, i. v. Drom-  
ard, et p. 408, i. v. Drumard. Vid. tamen quae  
mox advertimus in annot. 5. — (2) Totam hanc  
narratiunculam, ut potuit, excutit Vita III. Si-  
millimum prodigium et a S. Kiarano de Saighir  
patratum fertur et a S. Brigida. In Vitae S. Kiar-  
rani latinis: *BHL.* 4657, ap. COLGANUS, op. c.,  
p. 459, col. 2, cap. 10; ap. PLUMMER, op. c.,  
t. I, p. 221; *BHL.* 4658, ap. DE SMEDT et DE  
BACKER, op. c., col. 808; in *Act. SS.*, Mart.  
t. I, p. 394 F; ap. COLGANUS, op. c., p. 467,  
col. 2, cap. 4. In *BHL.* 4659 suppressum est  
mirum portentum. In Vitae autem Kiarani ga-  
delicis fuse narratur, ap. PLUMMER, *Bethada  
Nám nErenn*, t. I, p. 105, num. 12, et p. 116,  
num. 19; in altera recensione Vitae gadelicae,  
quam e *BHL.* 4657 recentiores interpretati sunt,  
excisus est, ap. D. B. MULCAHY, *Betha Naomh  
Chiaráin Saighre. Life of S. Kiaran (the Elder)  
of Seir* (Dublin, 1895), p. 8, cap. 7; in altera le-  
gitur, ap. S. H. O'GRADY, *Silva Gadelica*, t. I,  
p. 5. E Vitae S. Brigidae afferre satis erit *BHL.*  
1455, in *Act. SS.*, Febr. t. I, p. 133, num. 100;  
*BHL.* 1456, ap. COLGANUS, *Trias Thaumatur-  
ga*, p. 540, cap. 105; *BHL.* 1457, in *Act. SS.*,  
Febr. t. c., p. 136, col. 2, num. 12, et ap. COL-

16. In illo tempore<sup>1</sup> tres puella a supradictis  
virginibus tria vassa portantes in humeris exie-  
runt, ut lac deferrent ab alio loco (3). Quidam au-  
tem latrunculi pessimi et crudeles, ab occiden-  
tali parte venientes<sup>2</sup> et<sup>3</sup> videntes has puellas  
in via, iugulaverunt eas et capita illarum porta-  
verunt secum (4). Hoc autem sanctus Aidus in  
spiritu videns, surrexit celeriter de loco suo et  
eucurrit ad sanctarum puellarum corpora, et in-  
venit virgines flentes et lugentes puellas, et  
ipse flevit cum eis. Tunc Aidus rogatus a vir-  
ginibus perrexit post latrunculos illos, ut capi-  
ta puellarum quereret. Latrunculi autem illi  
divino<sup>4</sup> nutu in quodam loco propinquo retenti  
sunt, nec huc nec illuc pedem<sup>5</sup> movere poterant.  
Intuens autem illos Aidus increpavit illos. At  
illi penitentiam egerunt, et rogaverunt eum ut  
eos ire permitteret, et dimisit illos. Ipse autem  
cum capitibus reversus est. Cumque aqua non  
esset prope ad lavanda capita, signavit terram;  
et statim fons erupit de terra, qui usque hodie  
manens ibi, Fons Puellarum vocatur (5). Cum-  
que sanctus Aidus capita ad sua corpora con-  
gruenter copulasset<sup>5</sup>, dixit: « In nomine Iesu  
Christi surgite. » Et statim puella quasi de somp-

VITA I

Tres  
puellas a  
latronibus  
iugulatas,  
II, 12; III, 12

vitalae  
restituit.

E

Cf. Act. 3, 6.

16. —<sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo duas (sic) puel-  
las a latronibus decollatas resuscitavit (sic). —  
<sup>2</sup> ut si possent add. cod. dein del. —<sup>3</sup> sup. lin.  
corr. —<sup>4</sup> prius dei no. —<sup>5</sup> prius copulasset.

GANUS, op. c., p. 519-20, cap. 10. Adde Vitam  
gadelicam metricam ap. COLGANUS, op. c.,  
p. 516, num. 20. Omitto Vitas S. Ailbei investi-  
gare, in quibus eiusdem generis miraculum se  
legisse scribit COLGANUS, *Acta Sanctorum Hiber-  
niae*, p. 464, col. 1, ad calcem. De illo prodigio  
disputat COLGANUS, *Trias Thaumaturga*, p. 526,  
col. 2, annot. 12, et *Acta Sanctorum Hiberniae*,  
p. 464, col. 1, ad calcem; Bollandusque noster,  
*Act. SS.*, Febr. t. c., p. 137, col. 1, annot. c,  
qui simile miraculum affert ex Actis B. Bernar-  
dini Realini. — (3) « Ut lactis annonam ad vir-  
gines Christi deferrent », Vita II. Intellegendum  
videtur hoc loco lactis vectigal quoddam monia-  
libus solum vel solvendum. — (4) Capita  
eorum quos occiderant, secum auferre Hiberni  
solebant; cf. W. G. WOOD-MARTIN, *Traces of  
the Elder Faiths of Ireland*, t. I, p. 328. —  
(5) Nullo negotio reperiri potuerat et ubi fons  
hic scaturiret et ubi iaceret locus Druim Ard  
dictus, collatis duobus hisce capitulis Vitae I  
S. Aidi et parallelis, nisi omnia omnino turbare  
fortuna voluisset. Etenim duae sunt huius nar-  
ratiunculae recensiones, quarum alteram ex-  
hibet haec Vita I et Vita II, alteram una Vita  
III. In prima recensione agitur de tribus puel-  
lis e monasterio Druim Ardensi trucidatis,  
fontisque nomen « Fons Puellarum » legitur.  
Et quidem diligentissimus harum rerum inves-  
tigator, v. cl. C. PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hi-  
berniae*, t. I, p. xxvii, annot. 2, et t. II, p. 338,  
col. 1, i. v. Puellarum fons, repperisse se scri-  
bit fontem dictum gadelice Tobur na mBan-  
Naomh, id est latine Fontem Sanctarum, in  
radicibus collis Slieve League (de quo Comm.  
praev. num. 17), in parochia Glencolumkille,  
baroniae Banagh, comitatus Dungallensis, ad  
litus occidentale sinus Teelinensis; in eodem  
loco hodie quoque videntur parietinae sacelli  
S. Aido mac Bric dicati. Et de prima quidem  
recensione hactenus. In altera autem viri tres  
a latronibus decollati feruntur, fontisque no-  
men silentio praeterit scriptor; sed haec ad-  
vertit COLGANUS, *Acta Sanctorum Hiberniae*,  
p. 423, col. 1, annot. 16: « Est prope Kill-air  
in Media fons qui Tobar-nabfear, id est fons vi-  
rorum, dicitur. Unde cum hic fons dicatur educ-  
tus ad capita istorum trium virorum lavanda,

## VITA I

no surrexerunt, et sua vascula lactea iterum in humeris accipientes, sane perrexerunt ad domum suam.

*Alienum capitis dolorem in se recipit.*  
II, 13; III, 13.

Cf. Matth.  
26, 39.

*Eius invocatione capitis dolores sanantur, quod et S. Brigida experta est.*

17. Alio autem die<sup>1</sup> venit ad sanctum Aidum vir quidam qui dolore capitis valde vexabatur (1), et ait ei: « O sancte Dei, nimio dolore capitis affligor et est michi intolerabilis<sup>2</sup>. Rogo ut pro me ores, ut hic dolor a me transeat, si possibile est, aut si impossibile, ut saltem tolerabilior fiat. » Cui Aidus ait: « Dolor tuus nullo modo poterit a te exire, nisi in me translatus fuerit. Magnum tamen premium doloris tui habebis, si patienter sustinueris. » Ille respondit: « O sancte Dei, dolor iste supra vires est. » Tunc sanctus Aidus, caritate plenus, misertus est; et dolorem capitis illius viri in semetipsum Aidus suscepit et patienter sustinuit, ut proximum a dolore liberaret et ut pro Christo martirii crucem toleraret. Et ideo<sup>3</sup>, ut periti dicunt, quicumque dolore capitis vexatur, invocato nomine sancti Aidi sanatur. Nam sancta Brigida (2), cum gravissimo dolore capitis laboraret, invocans nomen sancti Aidi episcopi, statim sanata est a dolore

capitis usque ad diem mortis sue, sicut illa D dicere solebat: « Invocatio nominis sancti Aidi a gravissimis capitis mei doloribus sanavit me. »

18. Regina Themorie, uxor scilicet Dermicii<sup>1</sup> filii Kerualli magni (3), sterilis erat, que de genere Munnensium orta est (4). Illaque rogavit sanctum Aidum pro se orare ut ei Dominus conceptum daret. Cui Aidus benedicens eam ait: « Ecce in utero habebis et paries filium, et ipse erit magnus. » Illa ergo genuit agnum (5), quasi ad consecrandum uterum sterilis; et iterum piscem argenti, quem ecclesis et pauperibus illa dimisit (6); et iterum genuit filium, qui dicebatur Aied Slani, et qui per orationes sancti Aidi a Deo donatus est.

19. Alio autem die (7), cum sanctus iter ageret in finibus Lagensium (8), venit ad saltum qui dicitur Fith Ihle (9); et ne iter eius impediretur asperitate silvarum, elevatus est in aerem in curru suo, et transmutatus est per saltum in alium locum. Sic<sup>1</sup> per omnia Deus committabatur eum in omnibus viis suis<sup>2</sup>. Qui dum plurimorum (10) magister esset, ipse vero, ut periti

*Reginae Hiberniae prolem impetral.*  
III, 14.

Cf. Matth.  
1, 23;  
Luc. 1, 15.

*Per aera cum curru suo transfertur.*  
II, 14.  
Cf. Psalm.  
90, 11.

*Scientia infusa.*

17. —<sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo hominem a dolore capitis curavit et eunde (sic) dolorem in se ipsum suscepit (sic). —<sup>2</sup> prius intolerabilis. —<sup>3</sup> Nota in marg. sinistro prima man., in marg.

*dextro man. rec.*

18. —<sup>1</sup> sic cod.

19. —<sup>1</sup> Nota in marg. —<sup>2</sup> (v. s.) post corr.

de eo videtur hic esse sermo. » Quae cum ita sint, opinatur Carolus Plummer eandem fabulam aliter in altero loco esse narratam ut duplicis fontis nomen explanaretur, op. c., t. I, ibid. Equidem haud scio an verior fuerit Slieve Leaguensis recensio quam Killariensis. Etenim ut ad Killariensis fontis nomen narratio accommodaretur, excisa est mentio monasterii Druim Ardensis; haec autem mentio in Vita S. Aidi antiquissima facta fuisse videtur, et testimonio Vitae I, quae locorum nomina summa ut plurimum diligentia refert solet. Quae coniectura si vera est, vincit Caroli Plummer sententia, locum Druim Ard dictum in baronia Banagh, comitatus Dungallensis, esse situm; vid. supra, p. 509, annot. 1. Fortasse obiecerit quispiam, vix fieri potuisse ut latrones « ab occidentali parte venientes » (ita legimus in Vita I), impetum facerent in puellas monasterii siti in baronia Banagh; hic enim tractus Oceano adiacet, in occidentali litore Hiberniae. — (1) Vid. Comm. praev. num. 18-21. — (2) Quae Brigida haec fuisset perspicere conatus sumus supra, Comm. praev. num. 18-20. — (3) Haec narratiuncula in Vita II excisa est, offensionis vitandae causa, ut videtur; et in Vita III eodem consilio multum immutata. Diarmaid filium Fearghusi Ceirrbheal anno 564 (recte 565) occisum esse tradunt Annales Ultonienses, t. I, ed. W. M. HENNESSY, p. 60, postquam Hiberniae universae Temoria e sede sua principali imperarat, iuxta Quattuor Magistros, annos viginti, *Annals of the Four Masters*, ed. O'DONOVAN, t. I, p. 200. Cf. *Genealogiae Regum et Sanctorum Hiberniae*, ed. WALSH, p. 30, num. 6; et COLGAN, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 423, col. 1, annot. 17, qui, praeter Aidum Slaine, quindecim alios Hiberniae reges labente tempore ex huius Diarmaidi semine ortos computat. — (4) Atque adeo ex eadem stirpe qua S. Aidi mater, si recte coniecimus supra, p. 505, annot. 1. Unde perspicitur qua de causa hunc potius sanctum regina adierit. Ipsius autem reginae nomen Mughain fuisse tradit Vita III, cui consentiunt pleraque antiqua monumenta foedae huius historiae, quae in subsequenti annotatione recensemus. — (5) A profanis litteris mutuatus est hagiographus totam hanc narratiunculam, quae gadelice dicitur Geineamhain Aedha Slaine, id est Conceptio Aidi Slaine. Haec fuse legitur in *Leabhar na hUidhri*, antiquissimo codice gadelico, unde

eam eruit primus E. WINDISCH, *Ein mittelirisches Kunstgedicht über die Geburt des Königs Aed Slaine*, in *Berichte über die Verhandlungen der königlich Sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften*, t. XXXVI (1884), p. 194-96; iterum edidit S. H. O'GRADY, *Silva Gadelica*, t. I, p. 82-84. Altera brevis recensio servata est in tractu dicto Cóir Anmann, de quo supra, p. 505, annot. 3, et edita a Wh. STOKES, in Wh. STOKES und E. WINDISCH, *Irische Texte*, t. III, pp. 342, 344, num. 133. Tertia tandem recensio carmine conscripta est a Flanno Monasterboicensi, de quo supra, p. 163, num. 60, et edita ab E. WINDISCH, *Ein mittelirisches Kunstgedicht*, l. c., p. 196-200, et ab S. H. O'GRADY, t. c., p. 84. In prima alteraque recensione prodigium illud triplex ascribitur SS. Aido et Finniano Mágh Bilensi inter se iuvantibus, sed ita inepte et inconcinne ut in utriusque recensione exemplari pateat unum tantum sanctum episcopum memoratum esse, Finnianum, ut videtur. In tertia tandem recensione unus Finnianus inducitur. Quibus omnibus singillatim collatis, concludit v. d. H. ZIMMER, in *Göttingische gelehrte Anzeigen*, 1891, t. I, p. 170-73, in antiquissima recensione de uno S. Finniano actum esse. Utumque se res illa habet, suspicamus in gentili illa fabula subindicari nefandum cum animalibus commercium, cf. PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. CLVII. Episcopos autem, vel episcopum dicamus, druidae vel druidis suffectos, opinatur v. cl. Alfredus NUTT in Kuno MEYER and Alfred NUTT, *The Voyage of Bran, Son of Febal, to the Land of the Living*, t. II (London, 1897), p. 83. Cf. PLUMMER, t. c., p. CLXV sqq. — (6) In gadelicis recensionebus primo candidus agnus nascitur, mox salmo argenteus, cuius pennas aureas fuisse tradit recensio altera. Ex hoc argento et auro reliquiarum capsas fabricandas curat S. Finnianus. — (7) Hoc capitulum nihil aliud esse videtur ac alia recensio partis cap. 11. Ideo hoc excisit Vita III. — (8) Horum fines sunt qui anglice Leinster appellantur. — (9) Id est Silva Ihle. Conici potest hoc aliud esse nomen Silvae Elo, gadelice Fídh Elo, anglisce dicta Forest of Fercall, prope Lynally, in baronia Ballycowan, King's County. Vide supra, p. 508, annot. 11. — (10) Et hanc sententiam omisit Vita III, etsi idem argumentum iam antea scriptor non attigerat.

dicunt,



A dicunt, nec litteris nec magistro eruditus est, sed spiritu Dei.

*Cibos consumptos in integrum restituit.*  
II, 15; III, 15.

20. Quadam autem die<sup>1</sup> sanctus episcopus Aidus ambulans venit ad hospicium ad quasdam virgines, que et ipse erant amice sancto Kerano artificis filio (1). Ipse autem virgines habebant Kerano paratam cenam parvulam<sup>2</sup>, scilicet ovem coctam cum paucis panibus et vasculum non grande boni licoris (2). Sed ipsam cenam alteri paratam novo hospiti, sancto scilicet <Aido> episcopo, ille virgines dederunt. Finita autem cena, gratias Deo egerunt. Videns autem Aidus illas<sup>3</sup> virgines in magna angustia positas, quia adventum Kerani mox sperabant et<sup>4</sup> nihil refectionis habebant<sup>5</sup> illi, dixit eis Aidus: «Colligite<sup>6</sup> hec omnia ossa ovis consumpta<sup>7</sup>, et ponite ubi prius fuerunt posite<sup>7</sup>; et hoc vasculum vacuum portate, et ponite in loco ubi prius fuit.» Et cum hoc fecissent, statim inventa est omnis illa cena reparata et integra, quasi nichil ex ea gustatum esset; et data est sancto Kerano.

*Evangelia caelitus demissa per S. Brigidam accipit.*  
II, 16.

21. Alio autem tempore<sup>1</sup> sanctus Aidus perrexit ad sanctam Brigidam (3) et dixit ad eam: «Ego non habeo evangelium. Nunquid potes illud michi<sup>2</sup> prestare?» Que respondit: «Non est hoc facile michi.» Tunc sancta Brigida surgens extendit manus suas in oratione. Et orantes simul unanimiter, dimissum est evangelium in sinum sancte Brigide, et dedit illud in sinum sancti Aidi<sup>3</sup> episcopi, gratias agentes Deo et laudantes et benedictentes Dominum.

*Domus nive pro tecto cooperta.*  
II, 17.

22. Alio quoque tempore<sup>1</sup> sanctus Aidus venit ad domum aliarum sanctarum virginum (4), in die qua nix magna faciem terre occupabat. Erat autem apud ipsas virgines domus nova nondum tecta, sed nive quasi tecto<sup>2</sup> tegebatur. Ille dicebant Dei sancto: «Ecce domus hec, quam vides, sub nive nuda habetur. A summo tamen usque deorsum operuit eam nix.» Quibus respondens<sup>3</sup> sanctus ait: «Domus hec<sup>4</sup> que, ut<sup>5</sup>

videtis, sub nive nuda habetur, sic erit tecta donec ista domus post longa tempora pre senectute corruat; talis nix non deficiet de ea, et simul senio cadent.» Et sic hoc mirabile factum est, ut necque ignibus succensis in domo necque solis calore potuisset resolvi<sup>6</sup>, sed perduravit per longa tempora (5).

23. In eodem loco supradictarum virginum (6) aliud miraculum pro sancto Aido factum est. In illo enim loco quedam petra habetur (7), super quam sedens quodam die, confestim ad celestia raptus est in suo corpore; et ibi quibusdam horis permanens, descendit et super eandem petram sedit iterum. Et cassula illa, qua erat indutus et in qua elevatus est in celum, usque in hodiernum diem in illo loco permanet in testimonium virtutis (8).

24. Fuit quedam puella<sup>1</sup> (9) rapta ab aliquo viro impudico et infelice (10) qui voluit habere eam uxorem, et erat illa familiaris sancto Dei. Sciens autem hoc vir Dei, post eam abiit et persecutus est infelicem illum. Qui aliquem locum desertum eligens, ibique stramina quedam colligans, reversus invenit puellam mortuam. Stupefactus autem miser ille et multum coangustatus, pervenit sanctus Aidus, qui increpavit eum valde de hoc malefacto. Tunc miser ille egit penitentiam, et erat deinceps monachus fidelis sancti. Puella autem dixit Aidus: «Surge in nomine Iesu.» Que statim surrexit quasi de sompno. Et reversi sunt laudantes Dominum.

25. Quidam viri (11) fecerunt<sup>1</sup> fossam circa locum sancti Aidi, et fodientes invenerunt ingens saxum in fossa, quod nulla vi plurimorum potuit deponi. Quod videns sanctus, imperavit saxo ut descenderet in alium locum, ubi nulli noceret. Et statim saxum secessit in alium locum, ubi adhuc permanet et prestat omni credenti doloris sanitatem (12).

26. Erat in eodem loco<sup>1</sup> stagnum, quod habe-

VITA I

*Aidus in caelum rapitur.*  
II, 18; III, 16.

Cf. 2 Cor. 12, 2 et 4.

*Puellam resuscitat.*  
II, 19; III, 17.

E

Cf. Act. 3, 6.

*Saxum ingens prodigio transfert;*  
II, 20; III, 18.

itemque

20. —<sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo eius precibus cena iam consumpta integra est reperta. —<sup>2</sup> paululam cod. —<sup>3</sup> bis cod. —<sup>4</sup> sup. lin. corr. —<sup>5</sup> litt. eb corr. in ras. —<sup>6</sup> collige cod. —<sup>7</sup> sic cod.

21. —<sup>1</sup> in marg. inf. De euangelio sibi et beate Brigide celitus misso. —<sup>2</sup> in marg. corr. —<sup>3</sup> prius Aidii.

22. —<sup>1</sup> in marg. inf. De domo eius precibus miraculose (una litt. in ras.) diu nivibus tecta.

—<sup>2</sup> tecta cod. —<sup>3</sup> sanctus (?) add. cod. dein del.; (q. r. s. a) prius q. r. a. s. —<sup>4</sup> quam add. cod. dein del. —<sup>5</sup> in marg. prima man. —<sup>6</sup> in marg. corr.

24. —<sup>1</sup> in marg. inf. De resuscitatione puelle a viro impudico rapta (sic).

25. —<sup>1</sup> in marg. De saxo.

26. —<sup>1</sup> in marg. inf. De translacione stagni in Conacciam (sic).

(1) Hoc cognomen est S. Kiarani de Clúain Meic Nois. Sanctimonialium illarum patronum fuisse Kiaranum tradit Vita III; intellegendum esse arbitramur, abbatem. — (2) Vid. p. 508, annot. 6. Indicem ciborum non exscripsit Vita III. — (3) De hac cum Brigida coniunctione, vid. Comm. praev. num. 18-21. Capitulum haud facili negotio explanandum omisit Vita III. — (4) Et hoc capitulum excidit Vita III. — (5) Pauca hic Vita II suo Marte addidisse videtur; quae tamen non improbabilia sunt. — (6) Dolemus omne vestigium huius sanctimonialium domicilii labente tempore abolitum esse. Profecto enim ad consociationem quandam ecclesiarum monasteriorumque pertinuit quae a S. Aido condita esse veri simillimum est; quibus certe, episcopali dicam an abbatiali auctoritate, praefuit. — (7) Minutior cura Vitae III, quae lapidem istum ante ostium cellae seu monasterii positum tradit; eodem, ut videtur, loco remanserat, ibique cum suo tempore esse hagiographus aut viderat aut audierat. De lapidibus aliis sedis formam referentibus,

vid. W. G. WOOD-MARTIN, *Traces of the Elder Faiths of Ireland*, t. II, p. 251-56. — (8) Hoc est, in portenti monumentum. Acute COLGANUS, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 423, col. 1, annot. 19: «Hic author,» ait, «non obscure indicat suam vetustatem, cum vix ulla, vel verius nulla ecclesia fuerit in finibus Mediae quae suis sacris vasis et vestibus non fuerit saepius ante annos sexcentos spoliata ipsaque exusta vel vastata continuis Hibernorum cum Normannis conflictationibus.» Hoc quidem de antiquissima Vita S. Aidi, Vitarum quae supersunt omnium exemplari, vigere arbitramur; de harum autem, quas edimus, actate caute dicendum est. Cf. Comm. praev. num. 5. —

(9) Hanc sanctimonialiam fuisse opinatur Vita II, non sine similitudine veri. — (10) Is in Vita III appellatur «quidam crudelis miles». Miles apud Hibernum latine scribentem idem est ac laicus; vocem enim *laech*, quae militem significat, mutuati sunt Hiberni a latino «laico» — (11) Hos S. Aidi monachos fuisse tradit Vita III. — (12) Haud scio an huius saxi vestibat

VITA I  
stagnum,  
II, 21; III, 19.

bat in se insulam (1), in qua erant viri pessimi, quos voluit sanctus Aidus ire in aliam regionem. Sed noluerunt obedire ei, et resistentes sancto stabant ibi, excercentes malitiam suam. Quibus dixit sanctus: « Si nolueritis exire de stagno, exeat a vobis stagnum; et si vos inobedientes michi sitis, stagnum hoc, in quo fiduciam habetis, obediens erit michi et fugiet a vobis; et sic nolentes exibitis. » Tunc stagnum quadam nocte deseruit eos; et illi fugerunt. Abiit autem stagnum illud (2) in campum Connactensium; et quia in nocte translatum fuerat, Noctis vocabulo nominatur (3).

uti  
propheta  
quidam  
praenun-  
tiaverat.  
II, 21; III, 19.

27. Est autem <sup>1</sup> et in hoc factum aliquid misericordiae divinae non pretermittendum. Accidit enim ut prophetam illum nominatum illius temporis, scilicet Bec filius Deieth (4), devenisset in illam partem agri in quam sequenti nocte stagnum iteravit <sup>2</sup> (5); et hominibus terre ipsius dixit: « Cavete ne quid vobis substantiae in hac terra fiat in sequenti nocte. Veniet enim in hac nocte stagnum in hanc terram, imperio sancti Dei Aidi. » Et hoc factum est per sanctum Aidum, ne causa ipsius alicui fieret iniuria seu gravamen.

27. — <sup>1</sup> in marg. inf. De mirabili propheta super translatione eiusdem stagni. — <sup>2</sup> sic cod. recte, ut videtur.

28. — <sup>1</sup> in marg. inf. De liberatione pauperis

gium reperiri possit, si circum monasteria S. Aidi, quae fuerunt, rustici homines diligenter interrogarentur. Mirum enim quamdiu in Hibernia prodigiosorum illorum lapidum fontiumque memoria servari solita sit. — (1) Hoc stagnum, seu verius stagni huius locum, fortasse curiosus investigator aliquando invenire potuerit. Certe aliud est ab illo lacu exsiccatum ad Lagore, de quo supra, p. 507, annot. 7, si re vera illud Stagnum Equi fuit. Etenim e Vitis S. Aidi clarum est Stagnum Equi aquis repletum fuisse, cum stagnum de quo hic agitur iam in Connaciam missum esset. Sed notatu dignum est prope Lagore, in palustri regione, esse monticulum, qui olim lacus insula fuit; in quo non pauca antiquitatis vestigia effossa sunt. Cf. *Parliamentary Gazetteer of Ireland*, t. II, p. 586-88, i. v. Lagore. Sed usque in nonum post Christum saeculum homines habitasse in insula lacus Lagorensis leguntur apud Iohannem COOKE, *WAKEMAN'S Handbook of Irish Antiquities*, ed. 3 (Dublin, 1903), p. 256. — (2) Quod addit Vita II, de Momonia profectum esse stagnum in Connaciam, nescio unde hauserit; quidni e Midia, quae S. Aidi praecipuum fuisse domicilium videtur? Quod si tamen revera stagnum e Momonia est translatum, id certe apud Lagore non fuerat, qui Midiae locus est. — (3) Intellege « in ydiomate terre », ut in Vita II legitur, seu « Loch na hAidche », ut in Vita III, latine Stagnum Noctis. Hoc stagnum ubi fuerit, frustra quaesisse videtur v. d. C. PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. II, p. 333, col. 2, i. v. Loch na h-Aidche. Nos illum esse opinamur alterutrum e venustis laculis quorum alter est ad meridiem domus appellatae Cloonahee House (gadelice Clúain na hAidche, id est Pratum Noctis), alter ad septentrionem, uterque in parochia Clooneraff, baroniae et comitatus Roscommon. Unum enim stagnum in eo praedio conceptis verbis testatur Iohannes O'DONOVAN, *Annals of the Four Masters*, t. IV, p. 1164-65, annot. g, gadelice ad suam usque aetatem appellatum esse Loch na hOidche, id est Stagnum Noctis. Quod autem meridionalis lacus nomen legitur Lough Nahincha in *Ordnance Survey of Ireland (One Inch)*, fol. 78, e chartographi errore ortum videtur, qui bis idem nomen scripserit; alter enim lacus eiusdem nominis duobus fere passuum milibus distat. COLGANUS, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 423,

82. Quadam die <sup>1</sup> venit ad sanctum Aidum quidam homo, qui cogebatur a quodam mago (6) reddere sibi debitum, scilicet gregem porcorum. Ipse autem miser non habens unde redderet postulavit sanctum Aidum ut sibi quasdam inducias a mago peteret. Exiit itaque Aidus ut magum rogaret, sed magus non audivit eum. Hoc videns sanctus ait: « Veni, et reddam tibi debitum pro ipso. » Venit cum illo paulisper et gregem porcorum red <di>dit ei, et magus cum gaudio accepit eos. Ducebat enim optimum gregem secum ad domum suam, et diligenter clausit super eos domum. Et altera die mane veniens, domum diligenter conclusam invenit, et aperta domo nichil invenit in ea. Et hoc divinitus fuit factum (7).

92. Alio tempore <sup>1</sup> venit rex Tethbe (8) cum grandi exercitu ad vastandas plebes Midi (9). Que rogaverunt Aidum episcopum ut ab inimicis sibi pacem quereretur. Qui confestim abiit rogare pro eis pacem. Hoc audiens rex Tethbe surrexit et ait commitibus suis: « Surgite, eamus, priusquam veniat episcopus Aidus <sup>2</sup>. » Et egredientes omnes, precedebant equites ad fluvium qui dividit inter duas plebes (10). Et in-

a debito porcorum.

29. — <sup>1</sup> in marg. inf. De pace inter duos reges formata. — <sup>2</sup> prius Adus.

col. 1, annot. 20, ubi lacus fuerit rescivisse non videtur, plurima autem prodigia non absimilia recensuit, ut huic fidem conciliaret. — (4) Is est cuius nomen plerumque scribitur Bec mac Dé, sanctusne dicam an druida, praesagientis animi divinationibus clarissimus. Hic in christianis narratiunculis e druida sanctus videtur esse factus, qui partes ageret quae in paganis fabulis propriae sunt druidis. Cf. supra, cap. 1 cum annot. Colitur d. 12 oct. Vid. O'HANLON, *Lives of the Irish Saints*, t. X, p. 207-211; cf. PLUMMER, op. c., t. I, p. clxii, p. clxxxviii, annot. circa medium. Sancti autem nomen quale hic legitur videtur corruptum e « Bec, filius De, faith », id est latine « Bec filius De, propheta »; vid. PLUMMER, op. c., t. II, p. 347, col. 2, i. v. Bec(e) mac De. — (5) Latina vox iteravit quae in codice legitur, videtur idem declarare quod gadelicum verbum *atherrigim* (*ath-air-reg*); hoc autem duplicem sensum exhibet, iterandi et immutandi seu movendi. Intellegendum est: « in illam partem agri in quam sequenti nocte translatum est stagnum. » Est haec d. v. Caroli Plummer sententia, quam nobiscum litteris communicavit. — (6) Sive druida. In Vita III creditor et dominus illius hominis druida fuisse legitur, cui debebatur grex. Druidarum autem res ad christianum clerum pervenisse universim videtur; vid. PLUMMER, op. c., t. I, pp. ciii, cxlv. — (7) Addit Vita III: « Tunc sentit quod nil valet magica ars contra christianitatem. » Hic in gadelicis scriptis hagiographicis locus est communis; vid. PLUMMER, t. c., pp. xciii, clviii, clxv-clxvii, et praesertim p. clxvii, annot. 4. — (8) Tractus qui complectebatur maximam partem hodierni comitatus Longford et australem partem comitatus Westmeath. HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 633, col. 1, i. v. Tethbe. Sed cf. tabulam tertiam Hiberniae quam operi suo *Celtic Ireland* adiecit v. cl. E. MACNEILL, « Éire do réir Leabhair na gCeart. » — (9) Id est, Midiae provinciae, ad quam pertinebat S. Aidus paterna prosapia; etsi quodam modo et Tethbe regio ad Midiam pertinuisse videtur. Sed haud scio an propinquior S. Aidi familia hic indicetur, puta Nepotes Fiachai, de quibus supra, p. 504, annot. 2. In Vita III una tantum tribus petita esse videtur. — (10) Is, si Hogani placet sententia de finibus Tethbe, potuit esse fluvius qui nunc

Debitori  
pauperi  
adest,  
II, 22; III, 20.

avarumque  
creditorem  
punit.

Rex  
sanctum  
audire  
renuens  
II, 23; III, 21.

Matth. 26,  
46.

F

-trantes

A trantes in illum, statim equi eorum steterunt immobiles in flumine, nec huc illucque pedem movere poterunt. Tunc sanctus Aidus venit ad regem et increpavit eum dicens: « Fallere me voluisti, quasi nescirem consilium tuum. Re-

Cf. Ioh. 5, 14. vertimini in regionem vestram, ne vobis deterius fiat: quia necque vos necque equi vestri de hoc loco ulterius exire poteritis. » Tunc rex ille penitentiam egit, rogans ut equi illius solverentur: et sic retro gratus (1) reversus est.

Vitulorum defectus suppletur. II, 24; III, 22.

30. Quadam die cum sanctus Aidus in itinere ambularet, venit ad eum vir quidam afflictus, lugens et dicens ei: « Ecce habeo vaccas decem, sed earum vituli a lupis devorati sunt, excepto uno. Rogo te ut declines ad domum meam ad benedicendas eas, quia multum delirant dampno vitulorum et fructum perdimus earum. » Cui Aidus ait: « Collige cenam quod baculo meo adheret, portansque tecum, ipsum mixtum cum aqua, asperge vaccas et vitulum unum. » Quod cum fecisset vir ille, statim omnes vaccae ad vitulum currerunt, unum amantes eum (2).

Utrumque a supplicio servet. II, 25; III, 23.

31. Fuerunt duo fratres in terra Connactensi, et unus ex eis in alterum consurgens occidit eum. Qui autem occidit fratrem ligatus ad regem Neill (3) ductus est, ut morti traderetur. Pater autem et mater amborum ad sanctum Aidum venerunt tristes valde, dicentes: « Ecce nos miseri duobus filiis nostris orbatii sumus. Nam unus ex eis alterum occidit, et ipse occisor occidi ad regem ductus est (4). » Hoc audiens Aidus perrexit cum eis ad regem, ut vincium liberaret. Rex autem erat in insula stagni Lemdiu (5), et ad portum (6) veniens Aidus in insulam non permetteretur intrare. Erat autem

supra mare graditur.

<sup>3</sup> una litt. erasa.

30. — <sup>1</sup> in marg. De vitulis. — <sup>2</sup> bis cod. sed semel del.

31. — <sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo sicis pedibus intravit insulam. — <sup>2</sup> sic cod.

32. — <sup>1</sup> in marg. inf. Nota contra vindicantes

edictum a rege ne quis deduceret eum in insulam. Hoc autem sciens Aidus, abiit in insulam calcans aquam quasi terram pedibus siccis. Videns autem rex tale miraculum, non potuit resistere, sed liberavit ei hominem vincium.

32. Crudelis quidam vir et infelix iugulavit hominem iuxta currum sancti Aidi. Cui auriga eius increpans eum dixit: « Pereat manus tua et cadat de te in terram. » Cui Aidus ait: « Huic misero viro bene fecisti; nam in hac hora hic mortuus esset, nisi tu impatiens sermonem hunc dixisses. Nam quando homo vult vindicare suam iniuriam, Deus non vult vindicare illam. Quia ergo dixisti hunc sermonem vindicte, dedit illi Deus inducias huius anni; et completo anno, in hac die, hic homo infelix morietur. » Quod ita completum est.

33. Commendavit quidam rex (7) spinam (8) auri et argenti cuidam sancte femine iuxta mare habitanti, que erat amica sancti Aidi. Cui quidam homo iniuriam facere volebat; qui hanc auream regis spinam inveniens, rapuit et in mare (9) proiecit. Tunc illa sancta femina valde angustata quod regis spinam reddere non valeret, venit ad sanctum Aidum, narrans ei suam questionem (10). Tunc Aidus oravit ad Dominum, et confestim angelus Dei de mari magno illam spinam deduxit ad sanctum Aidum, et ipse dedit eam mulieri.

34. Alio autem die sanctus abiit ad quandam regem Baiethene (11), ut de manibus eius liberaret ancillam (12). Sed rex dicebat quod nullo modo dimitteret eam. Cui Aidus ait: « Si videres speciem illius persuadentis tibi et docentis te in aure ipsum sermonem quem dicis, dimitteres michi ancillam. » Qui respondens

propriam iniuriam. — <sup>2</sup> in marg. Nota.

33. — <sup>1</sup> in marg. inf. De spina per angelum de mari deducta.

34. — <sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo ostendit demonis speciem regi. — <sup>2</sup> una litt. erasa. — <sup>3</sup> prius dosentis (?). — <sup>4</sup> michi add. cod.

VITA F

Homicidam punitur. II, 26; III, 24.

Cf. Deut. 32, 35.

Fibulam in mare proiectam. II, 27.

E

angelus refert.

Daemonem malum consilium suggerentem. II, 28; III, 25.

C Brosna appellatur. Si vero MacNeill propius ad verum accessit, haud scio an Inny flumen fuerit. — (1) Id est, impetratis iis quae rogarat. Vid. supra, p. 507, annot. 4. — (2) Lac enim et vaccas, non vitulos, curasse hominem expresse refert Vita III; idque significant voces, quae hic leguntur: « Fructum perdimus earum », h. e. lac. — (3) Intellege ad regem Nepotum Nialli Australium; supra, p. 504, annot. 2. Cf. PLUMMER, op. c., t. II, p. 335, col. 2, i. v. Mid(h)e; p. 337, col. 1, i. v. Neil(l) Nepotes. — (4) Totam illam fratricidii historiam suppressit Vita III, ceteraque ut praemissis responderent immutavit. — (5) Loch Lene, in baronia Fore, comitatus Westmeath, HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 501, col. 1, i. v. Loch Lebind; PLUMMER, t. c., p. 332, col. 2, i. v. Lebain. Dubitavit PLUMMER, op. c., t. I, p. 41, annot. 5, num Lemdiu recte legissent DE SMEDT et DE BACKER, *Acta Sanctorum Hiberniae ex codice Salmanticensi*, col. 350. Certissime tamen legimus Lemdiu, fol. 111<sup>v</sup>, col. 2. Novo errore novoque prodigio ipsius S. Aidi miraculis haud absimili, stagnum e Midia in Connaciam transtulit HOGAN, *ibid.*, i. v. Loch Lemdiu, arbitratus, ut videtur, hic agi de Nepotibus Nialli Septentrionalibus. Sed profecto horum rex numquam in insula Loch Lene sedem habuit, etsi fratricidium in Connacia patrum traditur. Forsitan huius difficultatis effugiendae causa sint suppressa in Vita II locorum nomina omnia praeter Connaciae. In Vita III Connaciae nomen non parit,

Novembris Tomus IV.

rex appellatur rex Midhi, id est rex Midiae, F qui idem esse potuit ac rex Nepotum Nialli Australium. Haec conferenda sunt cum capite 12 eiusdem Vitae III, ubi altera narratiuncula immutata esse videtur, quo magis cum Midiae locorum nominibus conveniret; cf. annotata ad locum. — (6) Id est ad ripae locum ubi concendi solebat ut in insulam transmitteretur. — (7) Hanc narrationem omisit Vita III. In Vita II pro « rege » legitur « quidam regulus de terra ». — (8) Intellegenda est hoc loco fibula; gadelica enim vox *dely* et spinam et fibulam significat; cf. CANGIUM, i. v. sentis. — (9) Haud scio an hoc ad Dungallensem S. Aidi mansionem pertinuerit, Slieve League dico, de qua Comm. praev. num. 17. Cetera enim eius domicilia non in litore maris posita sunt, sed in interiore regione. Verum nusquam legitur haec sanctimonialis (talem eam fuisse opinamur) prope S. Aidum, nedum in aliquo e S. Aidi monasteriis habitasse. — (10) Id est difficultatem seu negotium; vox enim hibernica *ceist* significat et quaestionem et difficultatem. — (11) « Ad regulum quandam », Vita II; « ad ducem Baithenum », Vita III. Hoc hominis nomen est, non loci. — (12) Iterum « virginem unam » scribit Vita II, cuius scriptor ubique sanctimoniales perspicere videtur; pluribus verbis et, nostra quidem sententia, verius Vita III: « ut liberaret quandam feminam liberam quam dux cogeat ut esset ancilla. »

65

ait

VITA I  
videt et  
manifestat;

Cf. Apoc.  
12, 9 et  
20, 2.

Cf. Matth.  
28, 4.

itemque  
alia vice  
II, 29; III, 26.

B  
daemones  
de peccato  
gaudentes.

Per aera  
cum  
curru suo  
transfertur.  
II, 30.

C

ait ei: « Si videro speciem eius, dimittam hanc. » Cui ait sanctus Dei: « Non poteris sustinere speciem inimici illius, si ostendero tibi. » Rex autem ait: « Dimittam tibi ancillam, si michi ostendas faciem inimici. » Tunc sanctus signo crucis signavit eos, et ostendit eis illius antiqui hostis speciem. Quam utique rex videns et omnes qui cum eo erant, exterriti sunt valde et facti sunt velut mortui, et vix orationibus sancti revocati<sup>2</sup> sunt. Et sic ancillam liberavit.

35. Quadam autem die<sup>1</sup> simili modo, cum sanctus Aidus domum intrasset, invenit ibi mulieres facientes aliquid pulmenti (1). Que videntes sanctum Aidum absconderunt cibum illum in quadam parte domus<sup>2</sup> occulte. Quo abscondito, domus<sup>3</sup> supervenit dominus, qui in adventu sancti viri gavisus est. Cumque se invicem salutassent, vidit dominus domus<sup>2</sup> sanctum Aidum frequenter intendere in illam partem cibi absconditi; et interrogavit eum dicens: « O sancte Dei, quid in illa parte domus sollicitè intendis? » Cui Aidus dixit: « Noli inquirere. » Sed, cum ille instanter quereret, dixit ei sanctus: « Mulieres fecerunt sibi aliquid pulmenti, quod in adventu nostro absconderunt; et sunt demones multi lambentes illud et ludentes in illo. » Et ipse ait: « Ostende michi, ut ego videam illos. » Dixit ei sanctus: « Noli querere ut<sup>4</sup> videas species demonum. » Sed cum ille importune ipsum rogaret, ostendit ei illas horribiles species. Quas ut vidit ipse et qui cum eo erant, facies eorum commutata est et morti appropinquaverunt<sup>2</sup>, et vix orationibus sancti speciem pristinam consequuti<sup>2</sup> sunt.

36. Quadam die<sup>1</sup> cum sanctus Aidus elevaretur in curru cum equis trans quosdam saltus (2), dixit aurige suo: « Pone caput tuum in sinu meo, et oculos tuos non aperias donec dicam tibi. » Audiens autem auriga summitates arborum frondosi saltus resonantes contra rotas currus, oculum paulisper aperuit, et viam ignotam vidit; et statim oculus eius cecitate percussus est. Cui sanctus ait: « Quare contra indictum

meum aperuisti oculum? » Tunc Aidus benedixit D oculum eius, et sanatus est.

37. Rex quidam erat de regionibus Munnesium (3), qui ancillam sancto Dei liberare volebat, sed valde resistebat ei. Tunc rex ille subito cecitate percussus est. Et ipse penitentiam egit et dimisit ancillam, et multas oblationes et agros obtulit sancto Dei. Et aperti sunt oculi eius.

38. A quodam rege, ut moris ei erat, ancillam petivit; qui renuit eam dare sibi. Reges enim erant semper immites ei, sed divina virtute ei obedire cogebantur. Videns autem sanctus quod nullo modo impetrare potuisset ancille liberationem, ait ei: « Filia, sequere me quando exiero. » Illo eunte, ancilla sequuta est cum dimedia turba, et nemo vidit eam euntem (4).

39. Fuit quidam homo infelix<sup>1</sup> qui arte magica<sup>2</sup> fatuos quosdam homines deludebat, a quibus videbatur per medium cuiusdam ligni transire. Cumque a sancto Dei signatus esset, aperti sunt oculi eorum, et viderunt fallacem illum curvatum<sup>2</sup> circa lignum transire. Et qui prius deludebat, deludebatur a cunctis per Dei sanctum.

40. Crudeles quoque novem viri iugulaverunt aurigam sancti in via que dicitur Sligi Assil (5). Sanctus autem Aidus abiit inde tristicus. Qui in alia parte campi Midi (6) sedens, venit ad eum angelus Dei dicens ei: « Nisi cito veneris de loco illo sanguinis effusi<sup>1</sup>, illos novem viros deglutisset terra, et turris igneus ibidem esset accensus, qui inextinguibilis<sup>1</sup> permaneret ad diem iudicii. Tamen morte pessima nona die (7) peribunt illi novem viri crudeles. »

41. Puellis<sup>1</sup> quoque quibusdam<sup>2</sup> lavantibus capita sua in nocte dominica (8) dixit Aidus: « Puella, quid vultis facere? » « Lavare capita conamur, » aiunt. Quibus ipse dixit: « Nolite hoc facere, quia dies dominicus est (9). » Sed ille non audientes, capita sua, ut ceperunt, laverunt. Mane autem surgentes, omnis coma cecidit simul de capitibus earum, nullo capillo remanente (10). Tunc puella flentes et lugentes comas suas rogaverunt<sup>2</sup> sanctum Aidum et

Rex sancto-  
resistens  
caecitate  
percussus.  
II, 31; III, 27.

Ancillam  
libertati  
restituit.  
II, 32; III, 28.

Magi  
delusiones  
manifestat.  
II, 33.

E

Homicidae  
divinitus  
multati.  
II, 34; III, 29.

Cf. Matth.  
19, 22.

Puellas  
sabbato  
vespere  
caput  
lavantes  
Aidus  
punxit.  
II, 35; III, 30.

Cf. Luc.  
6, 2.

F

<sup>2</sup> revocati cod.

35. —<sup>1</sup> in marg. inf. De mulieribus abscondentibus pulmentum in adventu sanctorum. —<sup>2</sup> sic cod. —<sup>3</sup> prius dominus. —<sup>4</sup> sup. lin. corr.

36. —<sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo trans saltus (1 sup. lin.) in curru fuerat elevatus.

39. —<sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo fallaciam magi

demonstrabat. —<sup>2</sup> maica cod. —<sup>3</sup> illum add. cod. dein del.

40. —<sup>1</sup> sic cod.

41. —<sup>1</sup> puellis (prius pelluis) cod.; in marg. corr. puellis. —<sup>2</sup> in marg. inf. Quomodo punite sunt puella die dominica capita lavantes. —<sup>3</sup> bis cod. sed semel del.

(1) In Vita III intrat S. Aidus domum cuiusdam militis (id est laici hominis, uti vidimus supra, p. 511, annot. 10), « in qua erat furtum ». Cetera praemissis respondent. — (2) Iam tertio hoc narrat ineptus hagiographus. In Vita III locus excisus est. — (3) « Quidam dux de Mumenia resistens in aliqua re sancto seni Edo », scribit Vita III, quasi iam satis superque ancillas captasque feminas liberasset episcopus. — (4) De aliis huius modi miraculis, PLUMMER, op. c., t. I, pp. CLIX-CLXX, CLXXVIII. — (5) Slighe Assail, via regalis, ut in Vita III appellatur, Temoria e principali sede totius Hiberniae regis ducebat ad occidentem. Vid. PLUMMER, op. c., t. II, p. 340, col. 2, i. v. Slige Assail; HOGAN, op. c., p. 613, col. 1, i. v. Slige Assil. — (6) Nomen in Vita III omissum est et ideo in indice operis Plummeriani, t. II, p. 353, col. 2. Huc enim non pertinet aut Midhi campus, aut Midhi regio, quorum v. cl. meminit, l. c. Hic intellegi arbitramur campum qui in Midia provincia patet; cf. supra, p. 502, annot. 5. — (7) Non

est hic unus in Celtarum litteris qui inimicos mira quadam potestate post novem dies e visis sustulerit. Satis erit adducere S. Cungarum, Act. SS., Nov. t. III, p. 406, num. 10, et Cael Cródha Cétginech húa Nemnáin, in epica narratione inscripta *Acallamh na Senórach*, ed. Wh. STOKES, in Wh. STOKES und E. WINDISCH, *Irische Texte*, t. IV, 1, p. 7, lin. 212 sqq. — (8) Id est sabbato vespere, seu nocte inter sabbatum et dominicam diem intercedente. Et enim a servilibus operibus in Hibernia cessandum erat iam a nona sabbati ad tertiam feriae secundae vel etiam, ut alii codices volunt, ad meridiem eius diei. Vid. *Cáin Domnaig* [Lex diei dominicae], ed. J. G. O'KEEFFE, in *Eriu*, t. II (1905), p. 194, num. 6, cum annot. 4. Quam asperè restricteque solerent Hiberni sancti dominicae diei observantiam vindicare, allatis exemplis, advertit C. PLUMMER, op. c., t. I, p. cxxiii, cum annot. 4. — (9) In Vita II: « Sabbatum est, non licet laborare. » — (10) Similia prodigia collegit C. PLUMMER, t. c., p. CLXXXVII, penitentiam

A penitentiam egerunt. Aidus autem benedixit eis aquam, dicens: « Ignominiam vestram hodie portate, et quia dies dominicus est, non debetis vos in eo <sup>4</sup> lavari. » Crastino autem die lavantes capita sua, confestim comis novis et mirabilibus ornata capita sunt earum.

*Currus per aera transferitur.*  
II, 36.

*Latrones immobiles facti et conversi ad penitentiam.*

*Hydromeli fervescit*  
II, 37.

42. Alio autem die <sup>1</sup>, cum esset sanctus Aidus in suo loco in finibus Neill (1), vidit infelices quosdam homines vastantes locum illum in finibus Munnensium, scilicet Enach Mithbriun (2). Et dixit aurige: « Inunge celeriter currum ut ad locum nostrum liberandum de manibus raptorum pergamus. » Volens ergo Aidus iter velociter agere, dixit aurige: « Inelina caput tuum sub cassulam meam, ne aliquid videas. » Et statim currus cum equis in aerem raptus est (3), et in momento unius hore ductus est per medias auras a finibus Neill usque ad supradictum locum in finibus Munnensium. Et invenit ibi infelices illos vastantes et rapientes cuncta que invenire poterant illic. Et duos tamen illos duces qui ceteris preerant fixos terre invenit, nec poterant movere pedem vel manum quasi ymagines lignee. Hii autem miseri, ut viderunt sanctum Aidum, penitentiam egerunt, et obtulerunt se ei omnes in monachos usque ad diem mortis sue. Et sic sanctus Aidus reversus est in fines Neill.

43. Post obitum <sup>1</sup> sancti Aidi hoc miraculum in eius nomine factum est. Fuit quidam monachus eius, homo fidelis et valde diligens sanctum Aidum, in terra illa Munnensi. Hic autem homo preparabat cenam cuidam regi gentis illius (4). Qua utique tota preparata, liquor ille materialis cene nullo modo potuit fermentari, quasi nichil fermenti acciperet. Hoc autem videns vir iste fidelis, magna angustia coartabatur, quod in adventu regis ap <sup><ro></sup> pinquantis liquor non esset fermentatus. Tunc sanctum Aidum salutavit

<sup>4</sup> (i. e.) in marg. prima man.

42. — <sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo transvectus est in aere ad liberandum innocentes.

43. — <sup>1</sup> in marg. man. rec. Nota; in marg. inf. Quomodo liquor fermentatus est et in vinum C mutatus.

annot. ad calcem § 1. — (1) Australium nempe; vid. supra, p. 504, annot. 2. — (2) Id erat S. Aidi primum monasterium, supra, p. 506, annot. 16. — (3) Quarto iam hoc narratur. Suppressit Vita III quae in cap. 42-44 Vitae I habentur. — (4) Prandium enim et cibaria vectigalia iter facienti domino debebantur. — (5) Haec crux ubi esset, nobis non innotuit. Notandus tamen est mos ille crucis statuendae ubi prodigium quodpiam a sancto viro patratum est. Hoc, si exceptis sententiam in ore S. Brigidae positam (supra, cap. 17), antiquissimum vestigium esse videtur cultus S. Aido adhibiti. — (6) Verius hydromeli diceret, si quid ex alicariorum usu deducere licet; aliter enim fervescit vinum, aliter cerevisia hydromelive coquitur. Sed, ut e marginali annotatione locisque parallelis deducere licet, videtur prodigium in eo etiam fuisse, quod e granis non quidem hydromeli factum sit, sed vinum. — (7) Hoc haud scio an ad Danorum occupationem pertineat. Nullae S. Aidi reliquiae superesse videntur ad hunc diem, praeter litui fragmentum, de quo Comm. praev. num. 22. — (8) Addit Vita II hunc S. Patricii fuisse nepotem. Sed vid. Comm. praev. num. 11. — (9) Gadelice Inis Bó Fínde, latine Insula Vaccae Albae, nunc anglie Inchbofin, insula in Lough Ree, in parochia Noughaval, baroniae Kilkenny West, comitatus Westmeath. Addit Vita III: « Monasterium enim clarum

quasi presentem, rogans eum ut se adiuvaret. Cucurritque velociter ad crucem sibi propinquam, que vocatur Crux sancti Aidi, ubi ille magnam virtutem fecit (5), et extremam partem crucis illius radens, commiscuit licori, invocato nomine sancti Aidi. Et statim licor in omnibus vasis fervescens defluebat in terram, et vinum optimum factum est (6).

44. Fuit clericus fidelis <sup>1</sup> in Enach Midbren qui reliquias sancti Aidi ab illo loco portare voluit, ne essent inter peccatores (7). Quas utique in dorso pueri sui ponens, ignorantibus ceteris perrexit ad silvam propinquam, ibique quadam necessitate deposuit illud onus sanctum; ad quod reversus, nullo modo potuit movere. Venitque ad eum senior, sed nec ambo poterant. Tunc intellexerunt hoc contra voluntatem sancti fuisse factum. Et reverti ad locum cogitantes, puer hac vice leve reperit onus sanctum. Et retro exeuntes posuerunt reliquias in priore statu usque in finem.

45. Quadam autem die venit sanctus Aidus ad sanctum Riocc (8) insule Bofinne (9), quem sanctus Riocc cum magno gaudio suscepit. Erat autem illa dies ieiunii, et in tempore quadragesimali. Sanctus autem Rioc non habuit in adventu <sup>1</sup> hospitium nisi carneas escas. Quas sanctus Aidus cum humilitate suscepit, et benedixit carnes in mensas, et facte sunt panes et pisces et favus mellis.

46. Alio quoque tempore <sup>1</sup> venit sanctus episcopus Aidus ad sanctum Dei Enoc Drommo Rathe (10), qui suscepit eum in fraterna caritate, sed tamen nichil habuit quod sancto hospiti daret nisi holera et aquam. Hoc autem videns in spiritu episcopus Aidus, abiit in coquinam, in qua nichil invenit, et benedixit eam et ait: « Vadat cocus (11) et ministret cibos quos voluerit, et reficiat fratres. » Qui intrans in domum (12)

44. — <sup>1</sup> in marg. inf. Quod reliquie eius transferri non poterant.

45. — <sup>1</sup> (i. a.) bis cod. sed semel del.

46. — <sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo eius precibus Deus fratres refecit.

in illa insula est, quod ex nomine insulae nominatur. » Ubi COLGANUS advertit, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 423, col. 2, annot. 26: « Hic indicat author se floruisse [quando hoc monasterium fuit in flore; totum autem defloratum et devastatum est anno 1089 per Danos. » Cf. *Annals of the Four Masters*, ed. O'DONOVAN, t. II, p. 936, et supra, p. 511, annot. 8. Sed nusquam legitur monasterium ita direptum ut nihil superesset; immo vero, si Colgano credas, anno 1089 iam pridem abolitum esse debuerat monasterium quod anno 1015 lidem Dani e Momonia egressi devastarant, *Annals of the Four Masters*, t. c., p. 788. — (10) Drommo Rathe genitivus est nominis Druim Rath; hunc locum, quem in occidentali Midia situm tradunt auctores, opinatur HOGAN, op. c., p. 368, col. 1, i. v. Druim Ráite, esse parochiam quae nunc Drumraney appellatur, in baronia Kilkenny West, comitatus Westmeath. Sancti vero nomen alii aliter tradiderunt: Enanus, Henanus, et hypocoristico Dynocus (hoc est Do-En-óc), unde Enoc. Colitur d. 19 aug. et 18 sept. Cf. O'HANLON, *Lives of the Irish Saints*, t. VIII, p. 291-94; t. IX, p. 449-50. — (11) Is « minister S. Henani » et « minister » in Vita III appellatur; in Vita II: « qui ministrare fratribus debet ». De huius monastici officialis munere et variis nominibus nonnulla collegit PLUMMER, op. c., t. I, p. cxviii, cum annot. 4, 5. — (12) Intellege in tugurium invenit

VITA I

et in vinum mutatur.

Reliquiae Aidi transferri non possunt  
II, 38.

Cf. Sap. 4, 10.

Sanctus carnes in alios cibos convertit.  
II, 39; III, 31.

Cf. Luc. 24, 42.

Cibi miraculo dati.  
II, 40; III, 32.

F

VITA I invenit eam plenam de omni genere ciborum suavium, et ministravit fratribus refectionem bonam. Et laudabant et benedicebant Dominum.

Lignum ingens transferitur. II, 41; III, 33. 47. Quodam tempore<sup>1</sup> abiit episcopus Aidus ad alium virum sanctum, scilicet Molasi Dam Insy (1). Cumque sanctus Aidus in istam insulam intrasset, invenit ibi fratres laborantes, succidentibus silvas ut terram insule excernerent. Tunc sanctus Aidus sancto Molasy ait: « Quid operis faciam cum fratribus? » Erat autem ibi ingens lignum antiquum, quod super terram iacens nullo modo a fratribus potuit moveri. Et dixit ei Molayssi: « Opus tuum est ut hoc lignum deponas. » Tunc sanctus Aidus iussit ligno ut discederet, et statim lignum<sup>2</sup> ingens elevavit se, et in similitudinem avis volans silvasque prosternens proiecit se in stagnum. Et fratres hoc videntes laudabant et benedicebant Dominum.

Locum aptum ad monasterium condendum. II, 42; III, 34. 48. Constituit autem<sup>1</sup> sibi Aidus locum haut procul a quodam viro divite et plebeo (2), priusquam maiorem ecclesiam, que nunc est, edificaret (3). Et ibi ait ei angelus Dei: « Si in isto loco manere volueris, erit hic tumultus secularium et modicum lucrum animarum. » Et dixit Aidus: « Ubi est locus in quo habitare debeo? » Dixit angelus: « Locus propinquus (4), ubi ille dives et plebilis, hic tibi datus est a Domino<sup>2</sup>. Ibi enim multe anime ibunt ad celum. » Rusticus autem ille homo et plebilis audivit a quodam mago (5) quod domum suam et possessionem clerico advenienti de<ct> elinqueret, et ideo diligenter hostia concludi iussit, ne sanc-

tus Aidus in castellum introiret. Alio autem die, nullo vidente nec sciente, sanctus Aidus venit in castellum. Quem ut vidit dominus loci illius, non potuit stare in conspectu eius, sed in alteram partem fugit. Et confestim in via dolore percussus gravi iacebat in terra. Hoc videns in spiritu sanctus Aidus dixit suis: « Ite et adducite eum ad me. » Et cum adductus esset, ait illi Aidus: « Crede in Deum et age penitentiam. » Et cum credidisset, ait ei iterum Aidus: « Elige tibi quod vis: utrum nunc ad regnum celorum ibis, an in hac vita manebis (6)? » Ille autem eligens ad celum ire, accepto sacrificio (7), obiit beate (8).

49. Quidam de Gallis<sup>1</sup> (9) rapuerunt quandam virum egregium de genere Amolngith, nomine Finanum (10). Quod in spiritu videns Aidus, exiit ad liberandum eum. Et una rota contracta, altera sola rota fulciebat currum (11) ab orientali parte Midi usque ad mare. Et ibi Gallos invenit retentos a ventis, qui nunquam<sup>2</sup> potuerunt navigare a portu donec dimiserunt Finanum ab eis raptum.

50. Quodam tempore in terra Munne<n>-sium (12) cisterna quedam ve<ne> nata inventa est, de qua fumus egrediebatur, qui mortiferam<sup>1</sup> pestem hominibus et iumentis per circuitum prestat. Tunc plebs illa rogaverunt sanctum Aidum<sup>2</sup> ut eos adinvaret. Ipse autem (13) benedicens fumum<sup>3</sup> illum, nunquam apparuit ibi ex illa die; et plebs gratias egit Deo et sancto Aido.

invito domino, mirabiliter sibi arrogat

Virum a piratis captum liberat. II, 43.

Cisternam venenatam salubrem reddit. II, 44; III, 35.

Cf. Apoc. 9, 2.

47. —<sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo ingens lignum se proiecit in mare. —<sup>2</sup> una littera erasa.

48. —<sup>1</sup> in marg. inf. De loco sibi per angelum assignato. —<sup>2</sup> prius dominus.

49. —<sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo liberavit virum de manu Gallorum.

50. —<sup>1</sup> mortiferum cod. —<sup>2</sup> in marg. prima man. —<sup>3</sup> prius finnum.

ubi cibi servabantur; hibernicum enim monasterium nihil aliud erat ac casulae astruatae, quarum aliae a singulis monachis incolebantur, aliae triclinii, cellae penariae, culinae, alia templi usui erat destinata. — (1) Dam Insy genitivus est nominis Daimh Inis, latine Insula Boum; nunc anglice Devenish insula, in imo lacu Erne, comitatus Fermanagh. Lasreanus autem (seu hypocoristico Molaisse) praeclarus est sanctus qui d. 12 sept. colitur; de quo J. G. AMMACK, ap. W. SMITH and H. WACE, *Dictionary of Christian Biography*, t. III, p. 625, i. v. Laserian (1); O'HANLON, op. c., t. IX, p. 298-311; PLUMMER, op. c., t. I, p. LXXIV. Cf. Comm. praev. num. 11, et num. 17, annot., ubi referimus G. T. Stokesii coniecturam de Lasreani ad Aidum hortatis. — (2) Id est laico; cf. supra, p. 506, annot. 4. — (3) Hoc una haec Vita I tradit, neque quicquam ex ea nobis innuit de loco ubi maior illa ecclesia exstiterit; vid. tamen infra, annot. 8, ubi de parallelo loco in Vita III disputamus. — (4) Conici potest ex his sequentibusque sententiis arcem viri illius divitis fuisse in summo colle in loco nunc dicto Kiltobber (id est: Cella Fontis), in parochia Rathugh; huius descriptionem pete a G. T. STOKES, in *The Journal of the Royal Society of Antiquaries of Ireland*, t. XXVI (1896), p. 331. — (5) Magus e Vita III remotus est et narratiuncula paululum immutata. — (6) Cf. supra, cap. 11, ad calcem. — (7) « Sanctum sacrificium », Vita III; « viaticum salutare », Vita II. Id est Corpus Domini. Cf. supra, p. 508, cap. 11, cum annot. 1 et 4. — (8) Addit Vita III: « Et in illo castello sanctus episcopus instituit monasterium quod ex nomine sancti Edi vocatur. » Id est Rath Aedha, seu latine Arx Aidi. PLUMMER, op. c., t. I, p. 44, annot. 16.

Rath Aedha seu Rath Aodha, vel, ut anglicano modo scribitur, Rathugh seu Rahugh seu Rahue, locus est in parochia eiusdem nominis, baroniae Moycashel, comitatus Westmeath. Ibi adhuc cernuntur vestigia monasterii conditi a S. Aido, quem non alium esse a nostro probant Annales Ultonienses, t. I, ed. W. M. HENNESSY, p. 368, ad annum 858 (recte 859) loci nomen plene scribentes Raith Aedho mic Brice, id est Arx Aidi filii Brei. Sed vide supra, Comm. praev. num. 14. Huius loci historiam ad recentiora usque tempora perduxit v. cl. G. T. STOKES, in *The Journal of the Royal Society of Antiquaries of Ireland*, t. XXVI (1896), p. 325-35, passim. Templi descriptionem ab eo pete, p. 331, et fontis S. Aido sacri, quo accolae pie adhuc utuntur, ibid. De lapide qui ibidem visitur diximus supra, inter annotata ad cap. 1 huius Vitae. Ibi adhuc coli memoriam S. Aidi notat Antonius COGAN, *The Diocese of Meath, Ancient and Modern*, t. III, p. 602; is etiam, ibid., putat monasterium, quod in eo loco a S. Aido exstructum est, a Danis direptum esse et solo aequatum. — (9) Hanc narratiunculam omisit Vita III. Fusius Vita II: « Quidam pirate de terra Francorum ad Hiberniam venientes. » Quod istis temporibus non insolitum erat. Sed et Normannos piratas Hiberni vocare solebant Gall. — (10) Omittit Vita II nomen tribus; hanc dubitanter coniecit v. cl. C. PLUMMER, op. c., t. II, p. 314, col. 2, i. v. Amolngith genus, eandem esse quae nomen dedit baroniae Tirawley, in comitatu Mayo. — (11) Simile prodigium supra narratur, cap. 8. — (12) « In illa regione », Vita III. — (13) « Et perrexit vir Dei cum eis ad illum locum et benedixit in Dei nomine illam cystemam; et ab illa hora » cect., Vita III.

*Aidi virtutes.*  
II, 45.

51. Nullus autem<sup>1</sup> narrare poterit (1) sancti Aidi caritatem, humilitatem, patientiam, modestiam, lenitatem, ieiunium, abstinenciam et sedulitatem orationis die ac nocte, et cetera bona. Omnia enim mandata Christi implevit.

*Peccatorem secum morientem in caelum ducit.*  
II, 46; III, 36.

52. Promisit autem<sup>1</sup> sanctus Aidus cuidam ex fratribus comitare secum ad celum. Hora itaque exitus sui dixit ei Aidus: «Para te ut mecum pergas viam celestem.» Ipso autem nolente, aliquis rusticus adveniens ait sancto: «Utinam michi diceres comitari!» Cui Aidus dixit: «Si vis, lava te (2), et pone te in lectulo

hoc mecum.» Et cum hoc fecisset, obiit cum sancto simul (3). Hoc utique sanctus Columba Kyle in insula Ye videns (4) dixit: «Firmum est opus, quod nunc facit episcopus Aidus<sup>2</sup>. Ecce peccatorem et <non> merentem (5) ducit secum in celum et sine ulla vi demonum resistente.» Sanctus vero Aidus post Christum cum suo latrone inter choros angelorum suavia carmina canentium hodie (6) ad celum migravit; ubi sine merore in eternum gaudebit, regnante domino nostro Iesu Christo cum Patre et Spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

VITA I

Cf. Luc.  
23, 43.

51. —<sup>1</sup> in marg. inf. De eius virtut <ibus>.  
52. —<sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo latronem secum

duxit in celum. —<sup>2</sup> aiaidus cod.

(1) Hunc communem esse locum, vix operae pretium est advertere; in Vita III omittitur. — (2) Paulo minus crude: «Prepara te», Vita III. — (3) Die 10 novembris anni 589. Cf. Comm. praev. num. 7-10. — (4) Cf. Comm. praev. num. 1. — (5) «Penas merentem», Vita II; «non merentem», Vita III. Cf. narratiunculam e Vita S. Ruadani quam in Comm. praev. edidimus, num. 14. Haec ad amussim reducere conatur COLGANUS, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 423, col. 2, annot. 30. Eandem hanc fabulam

in ingentem illam Vitam gadelicam S. Columbae, quam anno 1632 congressit, recepit Manus HUA DOMHNAILL (Manus O'DONNELL), ed. A. O'KELLEHER and G. SCHOEPFERLE, *Betha Colaim Chille. Life of Columcille* (Urbana, 1918), num. 248, pp. 250, 252; iam in latina interpretatione pridem prodierat ap. COLGANUM, *Trias Thaumaturga*, p. 417, cap. 45. — (6) «Quarto idus novembris», Vita III. Sed et I et II Vitam in natali S. Aidi praelegendam fuisse clarum est. Cf. Comm. praev. num. 10.

E

## II. S. AIDI VITA SECUNDA

E codicibus Oxoniensibus Rawlinson B. 485 (= R 1) et 505 (= R 2). Cf. Comm. praev. num. 3.

Incipit Vita sancti Aidi episcopi, qui dicitur Aedh mac Bric<sup>1</sup> (1).

*Aidi genus.*  
I, 1; III, 1.

1. Sanctus episcopus Aidus, qui vocatur filius Brichii<sup>1</sup>, de Nepotibus Neyll<sup>2</sup> oriundus fuit. Huius vero mater de Museraigi Tyri in Momonia originem duxit. Hec cum esset pregnans vicinaque partui in domo sua manens, de ea quidam astrorum peritus ait (cum enim esset in itinere et domui eius apinquaret), qui<sup>3</sup> prophetando ad suos socios dixit: «In domo hac est mulier partui vicina, que si hora matutinali crastina die<sup>4</sup> pareret, partus suus coram Deo celi et hominibus magnus esset.» Audiens hec verba quedam puella, illius mulieris specialis amica, omnia retulit pregnantis. Que respondit dicens: «Nisi anima mea de corpore exierit<sup>5</sup>, usque ad tempus illud non egredietur de utero meo partus.» Surrexit igitur mulier seditque super unam petram, ut sic tardaretur partus. <Cum autem> egredi conaretur infans, quandam concavitatem fecit caput eius in lapide. Aqua vero<sup>7</sup> que post pluviam manet in illa concavitate languores varios consuevit sanare.

*Prodigia in eius natalitate.*

Cf. Luc.  
1, 15.

*Adulescens obvios habet*

2. Hic in domo matris sue nutritus ac juvenis factus, cum gregem porcorum sibi deputatum<sup>1</sup>

in silvis quereret, ad locum in quo sanctus Brandanus Birra et sanctus Kynnecus<sup>2</sup> erant devenit. Quem<sup>3</sup> ut Brandanus vidit venientem, obviam ei surrexit et cum gaudio eum suscepit. Kynnecus autem Brandanus increpabat, quod tali juveni tantum honorem exhibebat. Cui Brandanus respondit: «Quare ei non assurgerem, in cuius comitatu exercitum angelorum vidi?» Puer autem de porcis sollicitus ait ad sanctos: «Numquid vidistis gregem porcorum in istis locis?» Respondit ei Brandanus dicens: «Vade illuc, et ibi invenies gregem quem queris.» Et sicut vir Dei dixerat, ita factum est.

*Brendanum Birrensem et Cainnechum.*  
I, 2; III, 1-2.

F

3. Hic puer mundanis vanitatibus inter mundanos imbutus nullis<sup>1</sup> literis erat edoctus, nullis ecclesiasticis regulis informatus, usque ad tempus adolescentie sue<sup>2</sup>. Adulescens igitur factus, ad patriam suam perrexit, ut hereditatem suam de manibus suorum fratrum haberet. Qui contempnentes eum nil ei dederunt. Quod ipse indignanter sciens, quandam puellam ab eis secum rapiens abiit; putabat enim quod per hanc iniuriam fratres cicius ei de hereditate satisfacerent. Reversus vero cum puella rapta et ceteris comitibus suis, venit secus cellam sancti Illandi episcopi. Hic vir sanctus, videns sanctos

*Eius educatio.*  
I, 3; III, 3.

*Hereditatem paternam obtinere nititur;*

**Lemma.** —<sup>1</sup> Aodh mac Bric meic Cormaic meic Crimthaind meic Fiachach meic Neill Naoighiallaich add. R 2 alia man.

1. —<sup>1</sup> Bricii R 2. —<sup>2</sup> Neyll R 2. —<sup>3</sup> quasi R 2. —<sup>4</sup> diei R 1. —<sup>5</sup> exigerit R 2. —<sup>6</sup> (c. a.)

om. codd. —<sup>7</sup> illa R 2.

2. —<sup>1</sup> ante corr. deputatus R 1. —<sup>2</sup> Kynnecus R 2. —<sup>3</sup> ante corr. que R 1.

3. —<sup>1</sup> in illis R 2. —<sup>2</sup> fuit codd.

(1) Haec Vita Vitam I sic vestigiis sequitur, ut quae ad illam annotavimus in hac iteranda non

sint; satis fuerit in margine indicare quis cuique locus respondeat.

angelos